AUTHOR:

MEINHARDT, PAUL

TITLE:

DE FORMA ET USU JURAMENTORUM

PLACE:

JENAE

DATE:

1892

Master Negative #

92-81106-6

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

880.121
Z

Meinhardt, Paul
De forma et usu juramentorum, quae inveniuntur in comicorum Graecorum et Platonis, Xenophontis, Luciani sermone. Dissertatio inauguralis quam... scripsit Paulus Meinhardt ... Jenae, typis Frommanni, 1892.
79 p. 22 cm.

Thesis, Jena.

Volume of pamphlets

74516

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 2/20/93 INITIALS m.D.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3 7.1 8.0

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



Contents.

No. 1. Meinhardt, Paul. De forma et usu juramentorum. 1892.

No. 2. Muhl, Johannes. Zur geschichte der alten attischen Komödie. 1881.

No. 3. Poppelreuter, Joseph. De comoediae atticae primordiis particulae duae. 1893.

No. 4. Rosenbusch, Hugo. Quaestiones de parodi in comoediae Atticorum antiquissima compositione. 1892.

No. 5. Schulze, Paul. Quae ratio intercedat inter Lucianum et comicos Graecorum poëtas. 1883.

No. 6. Steiger, Hugo. Der eigenname in der attischen Komoedie. 1888.

No. 7. Strecker, Karl. De Lycophrone Euphronio Eratosthene comicorum interpretibus. 1884.

No. 8. Zelle, H. A. W. De comoediarum Graecarum saeculo quinto ante christum natum actarum temporibus definiendis. 1892.

DE FORMA ET USU JURAMENTORUM,

QUAE INVENIUNTUR IN COMICORUM GRAECORUM ET PLATONIS, XENOPHONTIS, LUCIANI SERMONE.

DISSERTATIO INAUGURALIS,

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM JENENSIUM ORDINE

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

PAULUS MEINHARDT

VIMARIENSIS.

JENAE

TYPIS FROMMANNI (H. POHLE)

MDCCCXCII.

De sollemnium Graecorum juramentorum carminibus, quae praecipue in exercendis judiciis foederibusque iciendis frequentabantur, cum nonnulli jampridem existant libelli, veluti Fraenkelii, Hofmanni, E. de Lasaulx, Muelleri, Dickinsoni[1]), omnes, posthabitis formulis quidem et cotidiano volgarique usu, potius aut argumenta aut festum sanctumque ritum respicientes, nescio quo pacto de jurandi formulis in volgi ore versantibus dissertationem omnia momenta satis complectentem adhuc desideramus. quamquam ea de re unquam doctos viros bene meritos esse non infitiabimur — nam in silva quadam, eaque non occulta, adnotationum omnibus fere scriptoribus injunctarum insunt multae non mediocres observationes — tamen admodum dispersae et diffusae inveniuntur, unde generaliores regulas et normas satis expedite colligere nequeas. itaque, cum nobis persuasum sit, sinceriorem et magis in-

1) Fraenkel „der attische Heliasteneid“ in Herm. vol. XIII (1878) p. 452—467; Guil. Hofmann „de jurandi apud Athenienses formulis“ diss. Darmstadtii 1886. Ernst v. Lasaulx „der Eid bei den Griechen“ Verzeichnis d. Vorles. d. Univ. Würzb. 1844; C. F. W. Müller „de ritibus et ceremoniis Graecorum“ Regiom. 1884. J. J. Dickinson „quid veteribus de precandi ad deum officio placuerit“ Berol. 1841.

corruptum volgi sermonem nonnisi in colloquiis innotescere, ad colloquia et Aristophanis comicorumque et Xenophontis, Platonis, Luciani contemplanda adgressi sumus, ex quibus nunc jurandi formulas congerere, de congestarum vi atque usu, quantum quidem in nostris viribus positum erit, regulas statuere nobis liceat. cui quaestioni difficultas non exigua infertur etiam ea re, quod, cum omnes horum dialogi non ad eandem normam conferendi sint, non eandem habent vim ad sermonem volgarem adumbrandum; nam distinguendi sunt nostra quidem sententia ut vetustiores Platonis et recentiores Luciani, ita artificiales Platonis et admodum soluti Aristophanis; nectamen saepius differentiae adeo insignitae, ut longius excurrere oporteat, nobis obveniunt, ut in singulis tractandis formulis, si quidem ita res exigat, quasi tangentes perstringere satius sit.

Sed priusquam accedamus ad rem ipsam nobis propositam, breviter, quid jusjurandum putemus esse et valere ostendamus. si igitur definiamus, significat juramentum adfirmationem alicujus rei, invocatione dei cujusdam auctam[1]. tamen id vos ignorare nolumus, nos non anxia cura premere vocem jurisjurandi, nec tam morose adquiescere in eis obtestationibus, in quibus plane et definite testimonium dei cujusdam imploratur, sed ampliore circuitu eas quoque investigasse formas, quae inde effluxerint, exclamationibus potius inservientes, ut *Ἡράκλεις*, de

1) cf. Cic. de off. III, 29 jusjurandum est adfirmatio religiosa, quasi deo teste. Pseudo-Arist. rhet. ad Alex. 18 p. 1432, 33 *ὅρκος ἐστὶν μετὰ θείας παραλήψεως φάσις ἀναπόδεικτος.* Clemens Alex. Strom. VII. 8 p. 861, 22 *ὅρκος ἐστὶν ὁμολογία καθοριστικὴ μετὰ προσπαραλήψεως θείας.*

quibus v. Wilamowitz-Moellendorf in Eur. Heracl. vol. I, pag. 283 contendit: „es ist ein milder „Fluch“, wie unsere blasphemische Weise zu reden ist“.

A. De juramentorum formis.

Variae sunt formulae sacramentorum, quas nunc breviter perscrutari liceat. omittamus hoc loco eas, in quibus ipsa jurandi verba insunt; brevissimis tantummodo eas tangamus, ubi ipsis disertis verbis deus tanquam testis nuncupatur; dicimus ejusmodi, quae „*ἴστω*“ cum dei nomine conjunctum habeant. ea forma, quam saepius jam in Homeri tragicorumque versibus invenimus — Il. 10, 329 *ἴστω νῦν Ζεὺς αὐτός*, Soph. Trach. 399 *ἴστω ὁ μεγὰς Ζεύς*, Eur. Phoen. 1691 *ἴστω σίδηρος ὅρκιον δ᾽ ἐμοὶ ξίφος* — in atticis dialogis rara — Luc. Tox. 2, 518 *ἴστω τοίνυν ὁ Ζεὺς ὁ φίλιος* — magis conservata esse videtur in ceteris dialectis, inprimis in boeotica, ut Ar. ach. 911 *ἴττω Δεύς* et paulum differens *ἴττω Ζεύς* Pl. Phaed. 62a Thebanus *Κέβης τῇ αὑτοῦ φωνῇ εἰπών.* schol. *τὸ δὲ ἴττω ἐπιχωριάζοντός ἐστιν ἀντὶ τοῦ ἴστω τῇ Βοιωτίδι διαλέκτῳ.* et Pl. epist. 345a *ἴττω Ζεύς, φησὶν ὁ Θηβαῖος*, ad quem locum scholia fere idem perhibent. a quibus quamvis satis graviore auctoritate praeditis formulis properamus ad proprias jurandi formas, quarum genera statuenda sunt haec:

I. vocativi.

Vocativi deorum aut rerum, qui cum quavis sententiarum forma, praesertim cum imperativis compositi sunt. hoc loco quam Krüger, griech. Sprachlehre § 45, 2, 1, 5

statuit regulam: „die Form des Nominatifs findet sich auch vocativisch, meist mit ὦ; doch wohl nie in der attischen Prosa bei einem Namen, wenn er für den Voc. eine eigene Form hat“, comprobare possumus.

a) vocativi voce ὦ carentes.

α) vocat. nudi, omni alio verbo omisso, per se positi: *Ἡράκλεις* (in 51 loc.), *Ἄπολλον* (10), *Πόσειδον*, *Δήμητερ*, *Διόνυσε*.

β) vocat. pleniores, cum attributis — et adjectivis et substantivis — aut aliis vocativis conjuncti: *Ἑλλάνιε Ζεῦ*, *ἄναξ Ἄπολλον* [*καὶ θεοί*], *θεοί*, *Ζεῦ σῶτερ*.

γ) vocativum iteratum, *Ζεῦ Ζεῦ*, in Aeschyl. Ag. 973, (*Ζεῦ, Ζεῦ τέλειε*), Choeph. 246, 382, 855 (Krüger, griech. Sprachl. § 45, 3, 1) non invenimus.

b) multo majorem locum obtinent voc. cum voce ὦ connexi.

α) *ὦ θεοί, ὦ Ζεῦ.*

β) *ὦ φίλοι θεοί, ὦναξ Ἄπολλον* [*καὶ θεοί*].

γ) voc. iteratus hoc loco *ὦ Ζεῦ Ζεῦ* lys. 972, *ὦ Ζεῦ Ζεῦ μεγαβρόντα* vesp. 323 rarus est; *Ἡράκλεις, ὦ Ἡράκλεις* Jup. trag. 2, 679 huc non satis quadrare postea videbimus.

non raro recipiunt vocativi genetivos, quibus plerumque, non tamen semper, articulus additur aeque atque in *οἴμοι, ὤμοι, αἰαῖ, ἰά, ὤ, φεῦ, βαβαῖ, μορμὼ τοῦ θράσους* eq. 693. cf. Krüger § 47, 3, 1: „der exclamative Gen. (der Bewunderung od. einer Verwunderung mit Unwillen) kommt bei Hom. nicht vor. A. 1) dieser Gen. gehört vorzugsweise d. att. Dialog an und erscheint meist mit dem Artikel . . . . ohne denselben findet er sich am seltensten bei Comikern.“ latine eandem vim habet, ut exemplum adferamus Dii boni, quanta ista audacia!

1. *ὦ Ζεῦ, δεινῶν ἀντισπασμῶν* Ar. lys. 967; 2. *ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τῆς λεπτότητος* nub. 153; 3. *ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τοῦ φθέγματος τοὐρνιθίου* av. 222; 4. *ὦναξ Ἄπολλον τῆς θυείας τοῦ πλάτους* p. 238; 5. *ὦναξ Ἄπολλον τοῦ νέφους* av. 29; 6. *Ἄπολλον ἀποτρόπαιε, τοῦ μαντεύματος* vesp. 161; 7. *Ἄπολλον ἀποτρόπαιε, τοῦ χασμήματος* av. 61; 8. *ὦ Πόσειδον, τῆς τέχνης* eq. 144; 9. *ὦ Πόσειδον, τοῦ μάκρους* av. 1131; 10. *ὦ γῆ, τοῦ φθέγματος* nub. 364; 11. *ὠκβάτανα τοῦ σχήματος* ach. 64; 12. *ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τε ῥευμάτων* Cratin. 1. 69; 13. *Ἡράκλεις, τῶν βεμβράδων* Pl. com. 1, 633; 14. *ὦ Ἡράκλεις, ἀβελτερείου τεμενικοῦ* Anaxil. 2, 140.

15. *Ἄπολλον δαιμονίας ὑπερβολῆς* Pl. rep. 509 c; 16. *ὦ Πόσειδον, δεινῶν λόγων* Pl. Euthyd. 303 a; 17. *πύππαξ, ὦ Ἡράκλεις καλοῦ λόγου* ibid.; 18. *ὦ Ἡράκλεις, τῆς εὐχερείας* Plut. am. 6; 19. *ὦ Ζεῦ τεράστιε, τῆς θέας, τοῦ κάλλους, τῆς ἡδονῆς* Luc. dialog. deor. 1, 262; 20. *Ἡράκλεις, τῆς ἀτοπίας τῶν θεῶν* vit. auct. 1, 556; 21. *Ἡράκλεις, τῆς ἀκριβολογίας* ibid. 567; 22. *ὦ Ἡράκλεις, τοῦ ζόφου* katapl. 1, 643; 23. *ὦ τῆς καινότητος, Ἡράκλεις, τῆς παραδοξολογίας* zeuxis. 1, 839; 24. *ὦ Διοσκόρω, τῆς ἀνομοιότητος* gall. 2, 732; 25. *Ἡράκλεις, τῶν θαυμασίων ἐκείνων φασμάτων ἢ ἀκουσμάτων* philopat. 3, 586; 26. *Ἡράκλεις, τῶν ὀδόντων* pisc. 1, 615.

adjectivi vel substantivi, qui conjunguntur, sunt *φίλος, φίλτατος, πολυτίμητος, ἀποτρόπαιος, ἀλεξίκακος, πότνια*: *ἄναξ, δεσπότης, δέσποινα, σωτήρ* etc., nonnunquam accumulati, ut *Ἄρτεμι, φίλη δέσποινα . . . . ὦ πότνια* Philem. 2, 495, *δέσποινα πολυτίμητε Δήμητερ φίλη* th. 286. saepissime *εὖ γε* (unde lat. eugae), *ἀνδρειά γε* alia postposita aut anteposita videmus.

II. πρός c. Gen.

Altera pars jurandi formularum sunt eae, in quibus praepositio πρός cum genetivo connexa est. [ὦ] πρὸς [τῶν] θεῶν, [ὦ] πρὸς [τοῦ] Διός [Ὀλυμπίου], πρὸς Χαρίτων.

a) atque primum quidem, quid sibi velit πρός hisce in juramentis contemplemur. Qua de significatione Kühner, ausführl. Gramm. d. gr. Spr.², p. 446 sq.: „πρός bezeichnet die Gegenwart der Dinge . . 1) mit dem Gen. . . . . 2) causal und bildlich zur Angabe einer einwirkenden Gegenwart, einer Ursache, Veranlassung, des Urhebers, überhaupt eines Thätigen . . . . auctore, datore Jove e) bei Schwüren und Beteuerungen als: πρὸς θεῶν per deos eigentlich vor den Göttern." deinde Krüger p. 318: „πρὸς mit dem Gen. heisst eigentlich von — her, von Seiten. Anm. 2) in der Form πρὸς (τῶν) θεῶν, bei den Göttern u. ähnl. wird das Erflehte eigentlich als ein von den Göttern zu Veranlassendes vorgestellt." qua in quaestione si ad finem pervenire studemus, proficiscendum erit a pristina locali significatione qua exprimitur „von — her" inde a; itaque πρὸς Διός idem est atque inde a Jove, Jove auctore, Jove me instigante, significans causam, auctorem, „die einwirkende Gegenwart". quod luce clarius enotescit ex nota illa formula πρὸς Διὸς φιλίου, in qua ὁ Ζεὺς φίλιος, cur alter amicus ab altero imploretur, movens, ut ita dicam, causa sit. melius quoque huc convenire videtur, quae Kühner, ausf. Gramm. d. lat. Spr. II, p. 405 de praepositione per, quam idem valere apud nos constat, adfert: „per causal bei Personen, durch deren Vermittlung etwas geschieht (mittelst, durch), melius quam quae postea p. 406 adserit: „bei Schwüren und Beteuerungen, indem die angerufene Gottheit oder der angerufene Gegenstand als Grundlage

aufgefasst wird, durch welche dieselben ihre Kraft erhalten"; quae certe non absona, tamen non genuina huius juramenti significatio est. postremo quod Stephanus (in thes. graec.) et Passow (in lex.) contendit: „itidemque ἐλλειπτικόν est in utraque lingua hoc loquendi genus, nam quemadmodum, cum „per deos" dicitur ab eo, qui rogat s. orat, subaudiendum relinquitur hoc ipsum verbum Rogo aut Oro, vel aliud huiusmodi, ita, cum πρὸς θεῶν subaudiendum reliquerunt Graeci ἱκετεύω vel ἀντιβολῶ aut παρακαλῶ aliudve his affine . . . . existumo . . . subaudiri non solum ἱκετεύω s. aliud simile verbum, sed etiam illud φράσον aut φράσατε aut λέγε s. λέγετε aut λέγε μοι . . . .", id cum dialogorum sermone prorsus concinere non videtur. nam quas nonnunquam apud Homerum tragicosque legimus formas πρὸς (τῶν) θεῶν, secretas σέ aliisve verbis interjectis, [Soph. O. C. 1333 πρὸς νῦν σε κρηνῶν καὶ θεῶν ὁμογνίων, Eur. Hipp. 605 πρός σε τῆς σῆς δεξιᾶς, Phoen. 1679 (Porson) πρός σε τῆσδε μητρός], quas ad ellipsin spectare apparet, in horum dialogorum oratione non habemus.

b) nunc ad formam ipsam transire nobis liceat.

Omnium — investigavimus circiter 180 locos — longe plurimi juramenta et per universos deos exhibent (80 loci) et per Jovem (62 loci); deinde servant articulum 70, ceteri abiciunt. quamquam scriptores hac in re variant, Aristophane praeferente articulum (26 π. τ. θ.: 3 π. θ.), spernente Platone (2 : 11), hae tamen generaliores regulae statui possunt, 1) prima quidem: evitant articulum tragici, comici servant (Krüger p. 318), et 2) altera: praeter formulas πρὸς (τῶν) θεῶν et πρὸς (τοῦ) Διός cetera juramenta semper fere articulo utuntur.

hujusmodi formulae sunt 1. *πρὸς τῆς Ἑστίας* Ar. pl. 395; 2. *πρὸς τῶν γονάτων* ach. 414; 3. p. 1113; 4. *πρὸς τῆς δεξιᾶς* th. 936; 5. *πρὸς τῶν κρεῶν* p. 378; 6. *πρὸς τῆς Γῆς* nub. 366; 7. *πρὸς τῆς Ἑστίας* Anaxandr. 2, 156; 8. Diphil. 2, 568; 9. Luc. hermot. 1, 776; 10. philops. 3, 34; 11. conviv. 3, 439; 12. *πρὸς τοῦ Ἑρμοῦ* gall. 2, 706; 13. *πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς* pisc. 1, 618; 14. pseudosoph. 3, 580; 15. *πρὸς τῆς Λιβανίτιδος* adv. indoct. 3, 101; 16. *πρὸς τοῦ Πλούτωνος* mort. dial. 1, 412; 17. *πρὸς τῆς Στυγός* ibid. 420; 18. *πρὸς τοῦ Ἡρακλέους* asin. 2 578; 19. *πρὸς τῶν Μοιρῶν καὶ τῆς Εἱμαρμένης* Jup. confut. 2. 629; 20. *πρὸς τοῦ πατρός* charon. 1, 490; 21. katapl. 1. 645; 22. *πρὸς τῆς σοφίας* vit. auct. 1. 561; 23. *πρὸς τῆς Ἴσιδος* navig. 3, 259. — contra sine articulo:

1. *πρὸς κεφαλῆς Ἀκέστορος* vesp. 1221; 2. *πρὸς γονάτων* eq. 1298; 3. *πρὸς Χαρίτων* Pl. Theaet. 152c; 4. Plut. am. 18; 5. Luc. Alex. 2, 211; 6. ikarom. 2, 751; 7. quom. hist. conscr. 2, 19; 8. *πρὸς Ἀδώνιδος* pseudol. 3, 174; 9. *πρὸς Πανδήμου καὶ Γενετυλλίδος καὶ Κυβήβης* pseudol. 3, 171.

denique id ipsum adjungamus, huic praepositioni saepius praefigi et adverbium *ὦ*

ὦ πρὸς (τῶν) θεῶν vesp. 484, pl. 458, Alexid. 325, Luc. charid. 3, 631 (sine artic.), Plut. conv. disp. 5, 2 (s. a.), amat. 15, Pl. Euthyd. 294a, Meno 71d (s. a.) — *ὦ πρὸς (τοῦ) Διός* Plut. conv. qu. 5, 7; 8, 3, 5 (s. a.), Pl. ap. 25c (s. a.), ib. 26e (s. a.) Euthyd. 281b (s. a.), 287a (s. a.), 290e (s. a.), Lys. 214e (s. a.), rep. 459a (s. a.), leg. 662c (s. a.) . . *τε καὶ Ἀπόλλωνος*.

et *ναί* nub. 784 *ναί σε πρὸς θεῶν*, p. 1113 *ναὶ πρὸς τῶν γονάτων* similiter atque in Eur. Hipp. 605 *ναὶ πρός σε τῆς σῆς δεξιᾶς* aliisque tragicorum locis.

III. *νή*, *ναί*, *μά* c. Acc.

Tertio loco disserendum est de eis jurandi formulis, in quibus *νή*, *ναί*, *μά* cum accusativis aut personae aut rei conjunguntur ejus, per quam quis jurat.

1) atque *νή* quidem, atticae linguae propria (lat. nē, nae), cum particula concedentis et adfirmantis sit, in adfirmativis modo sententiis nobis occurrit; si tamen nonnunquam negandi vis inesse videatur, errore quodam introducitur, nam in ejusmodi locis ad singula quaedam verba, non ad totam spectat sententiam. absolute usitatum nisi in Luciani *νὴ καὶ σύ γε*, dial. deor. 1, 258 aliisque, non esse recte Kühner l. c. p. 698 contendit.

2) *νεί* duobus locis in ach. 867 *νεὶ τὸν Ἰόλαον* et ach. 905 (si versum servamus) *νεὶ τὼ θιώ* habemus, a Boeoto quodam usitatum. qua de forma conferas, quae Cauer in ‚delectu inscriptionum graecarum propter dialectum memorabilium' adfert pag. 191:

„e vocalem longam a Boeotis iam ante receptam litteraturam ionicam per ei pronuntiatam esse demonstrare studet Meister Dial. I, 219; qui ipse in titulis vetustioribus, ubicumque *E* longam vocalem significat, literis minusculis *ει* scripsit. aliter judicavit Roehl, qui eisdem locis *η* scripsit. Larfeld [1]) Meisteri exemplar secutus est, sed quamquam sententia eorum probabilis videbatur, tamen nolui, rem incertam tamquam certam dijudicare."

sed nescio cur hisce in locis a genuina scriptura, quam codices perhibent, aberrare necesse sit; prorsus igitur comprobamus Meisteri opinionem.

1) Larfeld, Sylloge inscriptionum Boeoticarum dialectum popularem exhibentium, Berol. 1883.

3) *ναί* (quod eodem modo ad *νή* referendum est ac *δαί* ad *δή* et eandem praebet significationem) in juramentis semper fere cum *μά* conjunctum invenimus; omisso *μά* Kühner II p. 698 post Homerum raro usurpatum esse adfirmat, ad quae adjungamus, proprium locum hanc formam sibi reservasse in dialectis ceteris, ut in dorica; *ναὶ τὼ σιώ* Ar. Lys. 81, 86, 90, 142, 983, 1095, 1105, 1174, 1180, *ναὶ τὸν Κάστορα* ibid. 206, 988. a Lacedaemoniis, *ναὶ τὸν φίλιον* ach. 730, *ναὶ τὸν Ἑρμᾶν* 742, *ναὶ Δία* 767, *ναὶ τὸν Διοκλέα* 774 a Megarensi, *ναὶ τὰν Κόραν* vesp. 1438 a Sybarita usurpatur. deinde conferas quaeso quae Leo Sternbach in libelli „Anthologiae Planudeae appendix barberino-vaticana“ pag. 57 et G. Cobet in var. lect.[2] pag. 477 de hac Dorici sermonis consuetudine congesserunt.

4) *μά*[1]), quae particula sine dubio aliquo modo cohaeret cum particula comprobandi *μήν*, *μέν* (cf. Reuter, de dialecto Thessalica pag. 76 et 78 et Kühner[3] p. 281) cum haud secus ac *νή* confirmationi inserviat, aeque in negativis et adfirmativis sententiis usurpatur. per se igitur negationis vim non habet, sed significationem certiorem recipit adjecta aut part. adfirmativa *ναί*, aut negativa *οὔ*. qua ratione sermo, cum duas jurandi particulas haberet, *νή* et *μά*, eas paullatim in decursu temporum ita distribuit, ut alteram adfirmationibus, alteram negationibus reservaret.

a) in adfirmativis igitur sententiis *μά* nisi cum *ναί* connexum non est, itaque quod contendit Krüger l. c. § 69, 34: „doch findet sich auch bejahend — *ναὶ μά*“, reicendum est, non nonnunquam, sed semper hoc statuendum est.

---

1) Kühner, ausf. Gramm. d. gr. Spr. II[2], p. 699.

cujus usus permulta jam in Theognide, Homero, Pindaro specimina exstant. [Theogn. (Bergk) 1045 *ναὶ μὰ Δί(α)*, Hom. Il. *α* 234 *ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον*, Pind. nem. 11, 24 *ναὶ μὰ γὰρ ὅρκον*.] sed errat schol. Il. *α* 234, cum dicat *πεπλεόνακε τῷ μὰ ἀρνητικῷ. ἤγουν ἀπωμοτικῷ μορίῳ κατὰ Ἀττικὸν ἔθος. ἤρκει γὰρ εἰπεῖν νὴ τοῦτο τὸ σκῆπτρον*, sed *ναὶ μά* perusitatum quoque est in ceteris dialectis, ut laconice *ναὶ μὰ τὼ σιώ*; et in inscriptione paphica legitur *ὀμώμοκον τὸν ὅρκον τό(ν)δε. μὰ ναὶ ἐγώ* (cf. Hoffmann, die griech. Dialekte I § 109). certe dubitandum non est, quin hac accumulatione particularum summum juramento adtribuatur auctoritatis et ponderis, neque ipsa compositione admiratio inici potest, quod tamen viro doctissimo Schanzio accidisse videtur in Novis commentationibus Platonicis, ubi pag. 18 breviter disputans de form. *νὴ Δία* similibusque „apposita, ait, particula *ναί* negatio eximitur particulae *μά*“; quae nec plena nec plana argumentatio inde effluxit sine dubio, quod vir ille egregius *νή* adfirmativam, ut ita dicam, provinciam, contra *μά* negativam jam ab initio habuisse censuit, sed sine ulla controversia jam antea, quam reservatio illa, de qua diximus, adhibebatur, haec compositio florebat. deinde, jam antiquitus has particulas conjunctas juramentis inservisse nescio an ea quoque e re clare appareat, quod talia sacramenta non per usitatas res (praeter per Jovem videlicet) obstringebantur, sed libenter per inusitatas, ut *ναὶ μὰ τὰς κράμβας*, *ναὶ μὰ τὴν ἀμυγδάλην*, in quibus praeter gravitatem vetustatis etiam colorem inesse huic compositioni non absonum est.

b) in negativis sententiis *μά* invenitur in form. *οὐ μὰ (τὸν) Δία* et *μὰ Δία, ἀλλά*.

saepenumero negatione carere potest,

aut 1) si negatio subsequitur, ut *μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε* in

quibus non per se negat, sed negationem sequentem adfirmat.

aut 2): *α*) si negatio disertis verbis in antecedente quaestione inest, ut eq. 338. A. *οὐκ αὖ μ' ἐάσεις;* B. *μὰ Δία.* A. *ναὶ μὰ Δία.* B. *μὰ τὸν Ποσειδῶ,* | *ἀλλὰ* et eq. 336 A. *οὐκ αὖ μ' ἐάσεις;* B. *μὰ Δί' ἐπεὶ κἀγὼ πονηρός εἰμι,* quod valet *μὰ Δί'* (*οὐκ ἐάσω*), *ἐπεὶ* . . .

β) si negatio non in verbis sed in sensu antecedentis quaestionis inest, ut sententia ipsa negativum responsum posci videatur, quod fere semper vocula *ἀλλά*, quae subsequitur, indicatur. veluti ran. 174. A. *δύο δραχμὰς μισθὸν τελεῖς;* B. *μὰ Δί' ἀλλ' ἔλαττον* = *μὰ Δί'* (*οὐ τελῶ*) *ἀλλ'* . . .

in formulis, in quibus *νή*, *ναί*, *μά* versantur, articulus semper conservatur — *μὰ θεούς, μὰ θεάς* Pl. conv. 219c, *μὰ γῆν, μὰ παγίδας, μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα* av. 194 exceptiones statuendae sunt — praeter juramenta per Jovem facta, in quibus persaepe deest.

B. juramenta ipsa.

Hactenus de juramentorum generibus et formulis; nunc transeamus ad deos deasque per quos quis jurat, primoque loco de eis formulis dicendum erit, in quibus universi dei invocantur.

I. juramenta per omnes deos facta.

1) videmus igitur saepissime *ὦ θεοί*

a) aut solum Ar. ach. 1058, eq. 1309, th. 905, ekkl. 947, 1122, Chionid. 1, 5, Cratin. 1, 100, Antiph. 2, 77, 86, Alexid. 2, 357, Men. 189, Archedic. 435, Luc. dial. mort.

1, 337, de merc. cond. 1, 651, herm. 1, 858, somn. 2, 704, ikarom. 2, 782, bis acc. 3, 828, Pl. leg. 922d alia

b) aut crebrius conjunctum

α) sive cum voce *δῆτα*, ut *καλὰ δῆτ' ὦ θεοί* Eriph. 2, 429 = Antiph. 2, 35, *πολὺ δῆτ' ὦ θεοί* ekkl. 1122, *οὐ δῆτ' ὦ θεοί* eq. 1309.

β) sive cum adjectivis aut aliis verbis, ut *ὦ πολυτίμητοι θεοί* Men. 101, *ὦ πάντες θεοί* lys. 777.

γ) sive cum deis singulis *θεοὶ Ζεῦ σῶτερ* th. 1009, *ὦ Ζεῦ πάτερ καὶ θεοί* ach. 225, *ὦ Ζεῦ καὶ θεοί* pl. 1, 898, Pl. Protag. 310d. *ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοί* Xen. Cyr. 2, 2, 10. *Ἄπολλον ἀποτρόπαιε καὶ θεοὶ φίλοι* pl. 855. *ἄναξ Ἄπολλον καὶ θεοί* ib. 438, *ὦ Ποντοπόσειδον καὶ θεοὶ πρεσβυτικοί* ib. 1050, *ὦ γῆ καὶ θεοί* Luc. de merc. cond. 1, 679, Nicostr. 2, 220.] semper fere dei electi nomine antecedente.

2) deinde frequenter usitatas invenimus formas

a) *πρὸς τῶν θεῶν* ut ach. 95, eq. 341, 1390, nub. 200, 481, 784, 1104, vesp. 760, 919, 1218, 1387, 1418, th. 72, 228, ekkl. 562, av. 69, 996, ran. 1248, lys. 850, pl. 842, p. 1113. Anaxil. 2, 272, Theophil. 2, 477, Plut. conv. qu. 1, 1, Pl. Io 541b, Xen. oec. 2, 3, conv. 6, 4, mem. 1, 2, 41. Cyr. 2, 2, 29; 3, 1, 35; 5, 2, 13; 5, 5, 35; 8, 4, 10.

b) *πρὸς θεῶν* p. 9, ekkl. 1095, av. 663, fgm. 1, 404, Antiph. 2, 33, 111. Amphid. 2, 247, Ephipp. 2, 251, Alexid. 2, 362, 394, Pl. Crit. 46e, Phaed. 103a, Euthyd. 273d, 289c, Alc. 1, 132c, Hipp. mn. 296a, Prot. 312a, Phil. 54b. Hipp. mj. 289b. Xen. oec. 7, 9; 10, 9, mem. 3, 6, 3. Luc. pseudol. 3, 182, 184, okyp. 3, 668, halcyon. 1, 179, Prometh. 1, 201, amor. 2, 455, hermot. 1, 746, ikarom. 2, 788, asin. 2, 574.

c) rarae denique sunt *ὦ πρὸς τῶν θεῶν* lys. 857, vesp. 484, pl. 458, 1176, Plut. am. 15, Alexid. 2, 325, Pl. Euthyd. 294a. *ὦ πρὸς θεῶν* Plut. conv. qu. 5, 2; 8, 3, 5. Pl. Meno.

71 d. Luc. Charid. 3, 631. *πρὸς πάντων θεῶν* vesp. 1218. *πρὸς αὐτῶν τοίνυν . . . , τούτων τῶν θεῶν* Pl. ap. 26 b.

hisce in omnibus locis Aristophanem adamantem, spernentes Platonem et Lucianum articulum videmus.

3) restat, ut de form. *νὴ τοὺς θεούς* et *μὰ τοὺς θεούς* agamus, quarum illa frequentior quam haec est, nam 34 locis, in quibus est *νὴ τοὺς θεούς*, respondent 15 *μὰ τοὺς θεούς*.

a) *νὴ τοὺς θεούς* 1. ach. 776; 2. nub. 781; 3. 1098; 4. 1272; 5. av. 150; 6. 1026; 7. 1166; 8. eq. 195; 9. th. 72; 10. ran. 152; 11. 930; 12. pl. 74; 13. 234; 14. 287; 15. 343; 16. 380; 17. 394; 18. 412; 19. 685; 20. Diodor. 2, 423; 21. Henioch. 2, 432; 22. Pl. Phaed. 88 c; 23. Theaet. 155 c; 24. Euthyd 298 e; 25. Prot. 310 b; 26. 310 d; 27. Lach. 197 a; 28. Lys. 205 b; 29. rep. 531 a; 30. Gorg. 458 d; 31. 481 c; 32. 491 a; 33. Xen. mem. 2, 7, 11; 34. Xen. conv. 4, 25.

b) *μὰ τοὺς θεούς* [1. eq. 185; 2. vesp. 26; 3. Timocl. 2, 456; 4. Philem. 2, 497; 5. 510; 6. 517; 7. Pl. Alc. 1. 127d; 8. Alc. 2. 148 a; 9. Luc. pseudos. 3, 553; 10. 556; 11. 577; 12. Plut. an sit seni 8. — 13. *μὰ τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεάς* Anaxandr. 2, 136; 14. *μὰ θεούς, μὰ θεάς* Pl. conv. 219 c; 15. *μὰ τοὺς δώδεκα θεούς* Ar. eq. 235.

c) *καὶ μὰ τοὺς θεούς* Xen. Cyr. 8, 4, 9.

sed quas leges in Platonis scriptis statuere vult Schanzius l. c. pag. 19: primam: ab ea formula semper sententiam incipere; alteram: semper fere formulam recipere particulam *γέ*, alio vocabulo, ut Porsoni praeceptum est, interposito: has quidem leges apud ceteros scriptores deprehendere non potuimus. certe secunda ejus regula potest comprehendi altera generaliore, qua *γέ* saepissime juramenta comitatur, sed hisce in formulis proprium locum non habet.

Contra quod antea pag. 14 posuimus praeceptum, comprobare possumus, semper enim haec juramenta recipiunt articulum, praeter Pl. conv. 219 c, in quo jurejurando Alcibiadis *μὰ θεούς, μὰ θεάς* sine dubio exceptio statuenda est.

Nunc transeamus ad singulos deinceps deos deasque percensendos, et ut jus fasque a principe omnium Jove initium capiamus.

II. juramenta per Jovem facta.

1) *ὦ Ζεῦ* satis frequenter cum genetivo exclamationis, de quo supra disseruimus, connexum

a) aut per se *ὦ Ζεῦ*, ut eq. 1188, p. 58, 62, lys. 476, 967 (*δεινῶν ἀντισπασμῶν*), 972 (*ὦ Ζεῦ Ζεῦ*), 1031, th. 1, 71, 870, ekkl. 1118, Cratin. 1, 131, Ar. bab. 1, 409, Antiph. 2, 20, Eubul. 2, 200, Philet. 2, 231, 235, Philem. 2, 479, Pl. conv. 222 e, Euthyd. 273 e, 294 a, Xen. Cyr. 5, 4, 14, Luc. vit. auct. 1, 553, dial. mort. 1, 369, ikarom. 2, 782. et nonnunquam in Luc. dialogis, ubi non adlocutionem Jovis tantummodo significare videtur, sed etiam majorem habet vim; nam cum saepe, non sine irrisione positum sit, lepido joco, ut admodum generalioris modi exclamatio, Jove ipso praesente risum excitat.

b) aut aliis vocativis appositis, veluti adjectivis vel substantivis, quibus cognomina ejus exprimuntur. ridicule ea accumulat Luc. Tim. 1, 99 *ὦ Ζεῦ φίλιε καὶ ξένιε καὶ ἑταιρεῖε καὶ ἐφέστιε καὶ ἀστεροπητὰ καὶ ὅρκιε καὶ νεφεληγερέτα καὶ ἐρίγδουπε καὶ εἴ τί σε ἄλλο οἱ ἐμβρόντητοι ποιηταὶ καλοῦσι.* nos observavimus compluria cognomina, ut *ὦ Ζεῦ σῶτερ* Philem. 2, 500, *ὦ Ζεῦ βασιλεῦ* nub. 2, 153 (*τῆς λεπτότητος*), vesp. 625, av. 222 (*τοῦ φθέγματος*), ran.

1278, pl. 1095. *ὦ Ζεῦ δέσποτα* lys. 940, *ὦ Ζεῦ πολυτίμητε* Pherecr. 1, 165, Ar. fgm. 1, 474, Eubul. 2, 205, eq. 1390, av. 667. *ὦ Ζεῦ μέγιστε* Xen. Cyr. 5, 1, 29. 6, 3, 11. 6, 4, 9. 7, 2, 3. *ὦ φίλε Ζεῦ* Eupol. 1, 335, *ὦ Ζεῦ φίλτατε* Philem. 2, 496, ekkl. 378.

ὦ Ζεῦ κεραυνοβρόντα p. 376, *ὦ Ζεῦ Ζεῦ μεγαβρόντα* vesp. 323, *ἑλλάνιε Ζεῦ* eq. 1253, ironice *ὦ Ζεῦ σχέτλιε* Luc. asin. 2, 606, *ὁμόγνιε Ζεῦ* ran. 750, *ὦ Ζεῦ τεράστιε* (*τῆς θέας*) Luc. deor. dial. 1, 262, Tim. 1, 152 (*καὶ φίλοι Κορύβαντες καὶ Ἑρμῆ κερδῷε*), gall. 2, 704 (*καὶ Ἡράκλεις ἀλεξίκακε*), *ὦ Ζεῦ πατρῷε* Cyr. 8, 7, 3. *ὦ Ζεῦ ξένιε καὶ μακάριε* Cratin. 1, 49 (de Pericle), ironice *ὦ Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα πανταχῆ* ach. 435, cum deis denique praeter Luc. Tim. 1, 152, gall. 2, 704, quos jam commemoravimus locos, connexum est, Ar. pl. 1, 898 *ὦ Ζεῦ καὶ θεοί*, pl. 1, 898, Pl. Prot. 310 d. *ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοί* Xen. Cyr. 2, 2, 10. *ὦ Ζεῦ πάτερ καὶ θεοί* ach. 225, *θεοὶ Ζεῦ σῶτερ*.

De natura et potentiis Jovis, quae indicantur hisce attributis, postea aliquanto uberius agemus.

2) a) *πρὸς τοῦ Διός* rarum est, 1. nub. 314; 2. av. 130 (*ὀλυμπίου*); 3. Plut. conv. qu. 5, 7; 4. Luc. tim. 1, 126; 5. Menipp. 1, 458; 6. vit. auct. 1, 241.

b) *πρὸς Διός* 1. ran. 756; 2. Plut. am. 9; 3. Cebet. tab. 3, 1; 4. Pl. Euthyph. 4 e; 5. 5 c; 6. 13 e; 7. Phaed. 93 b; 8. Theaet. 209 b; 9. Alc. 1, 129 b; 10. Alc. 2, 138 b; 11. 139 c; 12. 143 d; 13. 147 e; 14. Phil. 60 a; 15. Soph. 248 e; 16. 253 c; 17. Euthyd. 279 b; 18. 294 b; 19. lys. 209 d; 20. 220 e; 21. Crat. 439 a; 22. Phaedr. 229 b; 23. Hipp. maj. 281 d; 24. rep. 332 c; 25. 493 c; 26. 506 d; 27. 574 b; 28. 602 c; 29. leg. 891 c; 30. 895 d; 31. Gorg. 460 a; 32. 514 e; 33. Sisyph. 390 c; 34. leg. 660 b; 35. Luc.

Nigrin. 1, 13; 36. iud. voc. 1, 92; 37. Menipp. 1, 458; 38. 472; 39. abdic. 2, 168; 40. ikarom. 2, 758; 41. 772; 42. 774; 43. de luctu 3, 932; 44. pseudol. 3, 179; 45. 188.

c) *ὦ πρὸς Διός* 1. Pl. ap. 25 c; 2. 26 e; 3. Euthyd. 281 b; 4. 287 a; 5. 290 e; 6. Lys. 214 e; 7. rep. 459 a; 8. leg. 662 c (*τε καὶ Ἀπόλλωνος*). *πρὸς Διὸς φιλίου* Pl. Min. 321 c, Phaedr. 234 e.

πρὸς τοῦ Διός igitur in 8 tantum locis repperimus, contra formulas sine articulo in 55 l.; longe usitatius praecipue *πρὸς Διός* in Platonis dialogis est.

3) sexcenties postremo videmus formulas *νὴ* (*τὸν*) *Δί*(*α*), *ναὶ μὰ* (*τὸν*) *Δία* et *μὰ* (*τὸν*) *Δί*(*α*), de quibus nescio an propria dissertatione opus sit. itaque cum mihi diutius in hac non ingrata quaestione acquiescere in animum non induxissem, brevissimis tantum tangam. quarum circ. 600 formularum pristinae et genuinae videntur esse eae, in quibus adjectivo adserto Jovis aliqua vis adumbretur, ut

νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρα ran. 738, 1433, ekkl. 79, 761, 1045, 1103, pl. 877, *νὴ τὸν Δία τὸν αἰθέριον* Luc. philopatr. 3, 589, *τὸν μέγιστον* Timocl. 2, 461, Philem. 2, 508, *μὰ τὸν Δία τὸν μέγαν καὶ τοὺς θεούς* nub. 1239, *μὰ τὸν Δία τὸν ὀλύμπιον* nub. 817 (Bergkium hocloco sequimur), quae semper servant articulum ultimamque vocis *Δία* litteram non truncant. dein satis longo usu paullatim intercidit primum quidem cognomen, tum articulus, denique *α* littera, ut ex ampliore juramentum delaberetur ad brevem voculam *νὴ Δί'*. quam frequenter usitatum sit hoc sacramentum, perpatet ex Lucili quoque ep. XI. 142, in qua eos sophistas poeta irridet, qui se meros Atticos existimabant, si orationem vocularum formis crebro distinxerant, cum dicat

„πολλοῦ δεῖ“ καὶ „σφίν“ καὶ τρὶς παρ' ἕκαστα „δικασταὶ ἄνδρες“ καὶ „λέγε δὴ τὸν νόμον ἐνθάδε μοι“
καὶ „ταυτί“ καὶ „μῶν“ καὶ „τετταράκοντα“ καὶ „ἄττα“ σκεψάμενος καί τοι „νὴ Δία“ καὶ „μὰ Δία“ κτλ.

de forma νὴ Δί conferas quaeso, quae Stephanus in thesauro commemorat: ‚accusat. Δία altera syllaba truncatus est in sermone plebejo Atticorum, sed nonnisi in formulis νὴ Δί vel νηδί, ut quae omnium maxime in ore vulgi versarentur. Phot. p. 297, 23 νηδὶ καὶ νὴ Δία ἑκατέρως. Choerobosc. Bekk. anecd. p. 1363 πᾶν ὄνομα μονοσύλλαβον μακροκαταληκτεῖν θέλει . . . . . χωρὶς τοῦ Δί, ὅπερ ἀπὸ τοῦ Δία γέγονεν, ὅπερ καὶ μετὰ τοῦ νὴ ἐπιρρήματος γίνεται νὴ Δί . . . hoc νὴ Δί pro νὴ Δία vulgo lecto, restitui, postulante metro Ar. eq. 319 aliisque comicorum locis restituendum esse dixi, ubi quod nunc legitur νὴ Δία anapaestum pro jambo praebet, velut ekkl. 779‘. qua de re egit quoque Curt. Bernhardi in actis societ. philol. lips. tom. I (1872), cum diceret: ‚neque enim jure quisquam mirabitur, quod singularis licentia jurisjurandi formulis tam frequentibus apud comicos concessa fuit. quamquam parcius in prioribus aetate fabulis quam in posterioribus Aristophanes his formulis anapaestos inclusit. sic in secundo et quarto pede νὴ τὸν Δία δεῖ, νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρα vel simil. thesm. vv. 206, 640, r. 41, 285, 288, 738, 863, 1433, ekkl. 79, 762, 872, 1045, 1103, pl. 877, 1186, atque cum interpunctione νὴ Δία. thesm. 240, ekkl. 779, νὴ Δία. καὶ in quinto pede ran. 164, in tertio nub. 1239 et cum leni interpunctione οὐχ ἠδί — νὴ Δία, πλ . . . eq. 27, quorum in plerisque versibus quomodo scripturam νὴ Δί Dindorfius defendat [idque non profecto praeter rationem, addit huc Fr. Ritschl], leges apud ipsum in adn. ad Oxon. ad eq. 319 (pag. 282).‘ ad quae addamus, for-

mulam integram Δία semper fere in Aristophane et comicis in fine vel versuum vel sententiarum nobis occurrere, ut lys. 67, 91, p. 331, nonnunquam vero in finibus νὴ Δί' est, ut ran. 305/6 Διο. κατόμοσον. Ξανθ. νὴ τὸν Δία. Δ. καὖθις κατόμοσον. Ξ. νὴ Δί'. Δ. ὄμοσον. Ξ. νὴ Δία. eq. 139, p. 930, ekkl. 551, quae omnes vocalem subsequentem habent. qua in quaestione, etsi ad certum finem satis firmis argumentis pervenire non possumus, haud improbabilis est Dindorfii opinio; sed cum nobis persuasum sit, differentiam non tam in pronuntiatione quam in litteris versari, restitutionem voculae νηδί, nullo codicum loco ante consonantem fulciente, necessariam non esse existimamus.

Quia vero arctissimo quodam vinculo alioquin cohaeret cum vocum jurandi correptione generalior quoque et incertior usus formularum, mirandum non est, quod genuinum νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρα tandem ad νὴ Δί' decurtatum paullatim magis magisque deponebat pristinam illam sacramenti vim et sensu primario intercidente soli inservit adfirmationi, et adseverandi causa cuilibet potest adjungi sententiae; amisisse igitur jurisjurandi vim formulam comprobatur praecipue ex collocatione verborum, quam repperimus apud Xen. conv. IV, 55: ἐπὶ νὴ Δία τοῖς ἄφροσιν et vesp. 254 εἰ νὴ Δί' αὖθις κονδύλοις νουθετήσεθ' ὑμᾶς; cujusmodi exempla multo plura suppetunt, cf. C. Reisigi conjectaneor. ad Aristoph. libri II, pag. 256 adnotationem ad vesp. 254.

Satis multa sunt denique cognomina, quibus Jovis vires indicantur, ut

1) σωτήρ ran. 738, 1433, ekkl. 79, 761, 1045, 1103, pl. 877, Philem. 2, 500, th. 1009, Eubul. 2, 183, Alexid. 2, 382, 397, Eriph. 2, 430, Xenarch. 2, 468, Diphil. 554,

564 (*ἀγαθοῦ δαίμονος* additur), Pl. rep. 583 b, ep. 334 d. Pl. Charm. 167 a: *τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι* ad quae schol. *ἐπὶ τῶν τελείως τι πραττόντων. τὰς γὰρ τρίτας σπονδὰς καὶ τὸν τρίτον κρατῆρα ἐκίρνων τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι* . . .

2) *ἐλευθέριος* Pl. Eryx. 392 a schol. *τὸν Μῆδον ἐκφυγόντες οἱ Ἀθηναῖοι ἱδρύσαντο τὸν ἐλευθέριον Δία. τοῦτον δὲ ἔνιοι καὶ σωτῆρά φασιν. τιμᾶται δὲ ἐλευθέριος Ζεὺς καὶ ἐν Συρακούσαις καὶ Ταραντίνοις καὶ Πλαταιοῖς καὶ Καρίᾳ*, Theag. 121 a, Luc. Demosth. 3, 527.

3) *ἑταιρεῖος* Diphil. 2, 546.

4) *φίλιος* Diodor 2, 420, Pl. Euthyphr. 6b, Gorg. 500 b, 519 e, Phaedr. 234 e (*τοῦ τὰ περὶ φιλίας ἐπισκοποῦντος* schol.) Luc. tox. 2, 518, Tim. 1, 99, ach. 730, schol. Pl. Min. 321 c *Διὸς ἦν ἐπώνυμον παρ᾽ Ἀθηναίοις ὁ φίλιος, ἐκ τοῦ εἶναι τῶν φιλικῶν καθηκόντων αὐτὸν ἔφορον.* Alc. 1, 109, nec solum Athenis florebat, sed Pausania teste Megalopolitani quoque eius templum habebant.

5) *ἑρκεῖος* Pl. Euthyd. 302 d.

6) *ξένιος* Pl. soph. 216 b, leg. 730 e, 843 a, 953 e, 965 e, ep. 329 b, Cratin. 1, 49 (de Pericle).

7) *ὀλύμπιος* Pl. rep. 583 b, leg. 950 e, av. 130.

8) *ὁμόγνιος* leg. 881 d, Plut. qu. conv. 5, 5, ran. 750.

9) *ὅριος* leg. 842 e.

10) *ἀγοραῖος* eq. 410.

11) *πατρῷος* Euthyd. 302 d, rep. 391 e, leg. 881 d, Xen. Cyr. 8, 7, 3.

12) *βασιλεύς* nub. 2, 153, vesp. 625, av. 222, r. 1278, pl. 1095.

13) *μέγιστος* Cyr. 5, 1, 29. 6, 3, 11. 6, 4, 9. 7, 2, 3.

14) *τετράστιος* Luc. gall. 2, 704 schol.: *εἰώθασιν οἱ ἀρχαῖοι ἀπὸ τῶν πραγμάτων τὸν Δία καλεῖν, οἷον δεχόμενοι ξένον, ἐκάλουν Δία Ξένιον, οὕτω καὶ ἐνταῦθα καλεῖ*

(scil. Micyllus) *τὸν Δία τεράστιον, τὸν ἀποδιώκοντα τὰ τέρατα.* Luc. deor. dial. 1, 262, Tim. 1, 152 Jupiter prodigialis invocatur.

Quantopere tritum fuerit Jovis nomen in obsecrationibus, inde quoque apparet, quod nonnunquam, nec tamen saepe, ejus nomen in juramentis omittitur a) in form. *μὰ τὸν* — et *νὴ τὸν* —; solum *μὰ τὸν* — investigavimus in ran. 1374 et Pl. Gorg. 466 e, ad quae Gregor. Kor. adfert *τὸ ἐλλειπτικῶς ὀμνύειν μὰ τὸν, μὴ προστιθέντος θεόν, Ἀττικόν ἐστι.* schol. Gorg. *ἐλλειπτικῶς ὀμνύει. καὶ οὕτως ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀρχαίοις ἐνίοτε μὴ προστιθέναι τὸν θεόν* . . . ., b) in formulis *πρὸς φιλίου* Pl. Gorg. 519 e, Euthyphr. 6 e, ach. 730 *ναὶ τὸν φίλιον*, in quibus omnibus facillime Jovis nomen ab audientibus subaudiebatur.

III. juramenta per Neptunum facta.

Nunc discedamus a Jove ad tractandum Neptunum, Jovis fratrem, per quem saepissime juratur

νὴ τὸν Ποσειδῶ[1]) 1. ach. 560; 2. eq. 366; 3. 899; 4. 1035; 5. 1201; 6. nub. 83; 7. 665; 8. 724; 9. ekkl. 338; 10. 451; 11. 568; 12. 832; 13. lys. 403; 14. th. 86; 15. ran. 183; 16. 276; 17. 295; 18. av. 1614; 19. pl. 396; 20. Eupol. 1, 330; 21. Luc. mer. dial. 3, 320; 22. *ναὶ τὸν Ποτειδᾶν* ach. 798.

μὰ τὸν Ποσειδῶ 1. eq. 338; 2. 409; 3. 843; 4. vesp. 163; 5. lys. 1165; 6. ekkl. 748; 7. Pl. conviv. 214 d.

praeter ea nonnunquam vocativos, nunquam autem *πρὸς τοῦ Ποσειδῶνος* invenimus.

Hujus dei vis clarissime apparet ex equitum choro eq. 551 sq.

Ἵππι᾽ ἄναξ Πόσειδον, ᾧ

1) Kühner, Gramm. d. gr. Spr.[3] 1, 1, 425 de Accus.

χαλκοκρότων ἵππων κτύπος
καὶ χρεμετισμὸς ἁνδάνει
καὶ κυανέμβολοι θοαί
μισθοφόροι τριήρεις, | μειρακίων θ' ἅμιλλα λαμ —
πρυνομένων ἐν ἅρμασιν | καὶ παραδαιμονούντων,
δεῦρ' ἔλθ' ἐς χορόν, ὦ χρυσοτρίαιν' ὦ
δελφίνων μεδέων Σουνιάρατε
ὦ γεραίστιε παῖ Κρόνου
Φορμίωνί τε φίλτατ' ἐκ | τῶν ἄλλων τε θεῶν Ἀθη-
ναίοις πρὸς τὸ παρεστός.

Genuina hujus dei vis, unde facile omnes reliquae proficiscuntur, est maritima, de qua pluribus verbis disserere longum est. itaque cum sit maris et rerum navalium patronus et praeses, non mirum est, eius nomen in nautarum ore solere versari; uti in Luc. mer. dial. 3, 320 *νὴ τὸν Ποσειδῶ* nauta, Luc. pisc. 1, 615 *ὦ Πόσειδον ἀγρεῖ καὶ Ἀμφιτρίτη φίλη, πολλοὺς ἡμῖν ἀνάπεμπε τῶν ἰχθύων* et ibid. 618 *ὦ Πόσειδον, ταχεῖαν ἐπιτέλει τὴν ἄγραν* Parrhesiades, philosophorum ille piscator, jurat. deinde ampliore circuitu deprehendimus juramenta ab ejusmodi hominibus usitata, qui earum rerum quibus Neptunus praeest, mari vel omnino aquae aliquam rationem habeant, ut lys. 403 *νὴ τὸν Ποσειδῶ τὸν ἁλικόν* probulus exclamat, cum senes se aqua a feminis obrutos esse querantur. ad hunc locum schol. commemorat *ἁλικόν· τὸν θαλάσσιον. τινὲς δὲ ὑπονοοῦσιν ἀπὸ πόλεως Πελοποννησίων Ἁλίκου, ἔνθα τιμᾶται ὁ Ποσειδῶν*, ad quam etymologiam, quamvis non absonam, hoc certe loco non respicitur. dein eq. 609 *δεινά γ' ὦ Πόσειδον* cancer apte hunc deum nuncupat ac simul (cf. quae infra sunt) alludit, ni fallimur, ad jusjur. equitum, de quorum in Corinthum expeditione suscepta agitur. Diphil. 2, 551 *ὦ Πόσειδον* nunquam tam caros pisces se

vidisse mercator jurat. ran. 183 Bacchus in orco adspiciens lacum Acherusium *νὴ τὸν Ποσειδῶ* verba facit.

Fiebat inde Neptunus earum gentium potissimum tutor, quae in oris maritimis habitantes navalibus in rebus pollebant, ut Megarensium — ach. 798 *ναὶ τὸν Ποτειδᾶν* Megarensis jurat — et praecipue Atheniensium, quippe qui hoc in genere summum valerent. quam antiquus jam Neptuni cultus Athenis fuerit, apparet ex variis locis Ernesti Curtii „die Stadtgeschichte v. Athen" p. 24, 35 f, 37 „der ionische Poseidon beherrscht als Heliconios die Höhen am Ilisos"; etc. accedit alia quoque causa, cur ejus nomen tam saepe in Atheniensium ore occurrat nobis. est enim creator equorum. cf. A. Baumeister, Denkmäler des klass. Altertums III, p. 1388 „die Wogen des Meers sind seine schnellen Rosse, daher er in den kleinen Küstenebenen als der Schöpfer des Rosses, der Gott der Pferdezucht (*ἵππιος*) und des Wagenfahrens gilt". nota est vetus illa fabula de certamine inter Neptunum et Minervam orto, in quo equus ab eo Atticae terrae donatur. ideo ei, quibus aliquo modo res equestris curae sit, eum ante omnes tutorem sibi esse perhibent, ut Athenienses equites et omnino nobiles adulescentes, qui adeo equorum cultui studebant, ut saepenumero nomina cum voce *ἵππος* composita acciperent vel filiis traderent, quod comice illustratur noto illo loco nub. 63 sq. *ἡ μὲν* (Strepsiadis e nobili gente oriunda uxor) *γὰρ ἵππον προσετίθει πρὸς τοὔνομα,*

Ξάνθιππον, ἢ Χάριππον ἢ Καλλιππίδην.

ἵππιος igitur jam in carmine equitum, quod supra commemoravimus, celebratur, per eum quoque Phidippides, juvenis ille, qui magno cum patris dolore somniat etiam equos, nub. 83 jurat *νὴ τὸν Ποσειδῶ τουτονὶ τὸν ἵππιον*, ad dei statuam in proscaenio positam conversus. ac fortasse

huic generi jurisjurandi inserendum est Alcibiadis (notum eius de equestribus certaminibus dictum est) in Pl. conv. 214d juramentum, qui Socratem conspicatus more adulescentium nobilium *μὰ τὸν Ποσειδῶ* exclamat. apte deinde Pasias Strepsiadem per Neptunum dejerare jubet, quod ei equum vendidit (nub. 1234). sed ut *Ποσειδῶν ἵππιος* magis ab nobilibus, ita ab Atheniensibus ceteris plebeis *θαλάσσιος, ἁλικός, ἀσφάλειος* in juramentis adstringebatur. de *ἀσφάλειος* cognomine conferas schol. ach. 682 *ἀσφάλειος Ποσειδῶν παρὰ Ἀθηναίοις τιμᾶται. . . . τιμᾶται δὲ παρ' αὐτοῖς, ἵνα ἀσφαλῶς πλέωσι* et schol. ach. 510.

ita pl. 396 Chremylus *νὴ τὸν Ποσειδῶ* jurat, certe *θαλάσσιον* in animo habens, sed Blepsidemus reservationem, ut ita dicam, mentalem veritus *τὸν θαλάσσιον λέγεις*; interrogat; ad quae — adeo homini ei agresti evanescit *ὁ ἵππιος* — respondet ille *εἰ δ' ἔστιν ἕτερός τις Ποσειδῶν, τὸν ἕτερον*. Strepsiades quoque, non ut filius, *τὸν ἵππιον* amat, sed nub. 84 *μὴ μοί γε τοῦτον μηδαμῶς τὸν ἵππιον* exclamat, et in juramentis, ut 665, 724 sine dubio *τὸν θαλάσσιον* perhibet. quae cum ita sint, non mirum est, quod et Bacchus in ran., qui sit populi Atheniensis vicarius verus, et Demus in eq., qui et ipse populum Atheniensium repraesentet, saepissime ejus dei nomine utuntur. veluti in ran. 276 Bacchus Atheniensium perjuros intuens, 665 dolore oppressus; 1430 in laudando Euripide eum implorat, quin etiam Xanthus servus v. 295 mentitur eum invocans et v. 491 ironice per eum Bacchi fortitudinem laudat. deinde Demus in eq. 899, 1035 suo jure potissimum eum nuncupat; atque eodem modo in numero Atheniensium juramentorum recipienda sunt th. 86 (Mnesilochus), eq. 366 (Demosthenes, qui dicitur; utrum *ἵππιον*

an *θαλάσσιον* vocet, disceptare nolimus), ach. 560 (Acharnenses), ekkl. 338, 451, 568, 748; 832 (nescio an hoc retrahendum sit ad vocem *οὐρεῖν* in eis, quae antecedunt), vesp. 163, eq. 338 *ὦ Ποσειδον τῆς τέχνης* (Nicias), *ἄναξ Πόσειδον* vesp. 143, *ὦ Πόσειδον* av. 287, 294, 1131 (*τοῦ μάκρους*). frequenter obvenit praecipue deus, cum quis expeditionem in Pylum factam et Pyli ipsius nomen commemoret, ut in Cleonis ore eq. 409, 843, et 1201, ubi botularius Cleonem fraude detulisse victoriam ad Pylum reportatam adseverat. lys. 1165 Lacedaemoniis Pylum reposcentibus Athenienses statim pugnae memores per eum jurant. in medio deinde relinquamus Eupol. phil. 1, 330, quoloco ,cupidos Demi amatores significari opinatur Wilamow. 50' (Kock).

Postremo nonnullos et ipsos satis perspicuos adseramus locos; uti in Antiph. 2, 33 in cottabo ejus invocatione nescio an ridiculi aliquid e contrario repetatur, quia ubi vini maximae partes sunt, deus tamen aquarum citatur. et pl. 1050 juvenis a vetulis illis oppressus *ὦ Ποντοπόσειδον καὶ θεοὶ πρεσβυτικοί* jurat, senem inter deos eum putans esse, ut liberaretur a decrepitis illis feminis. satis comice Neptunus av. 1614 per se ipsum jurat, et Mercurius p. 564 *ὦ Πόσειδον* vocat: *ὁρῶν τοὺς ἀγροίκους* (scil. *Ἀθηναίους*) *εἰς ἀγρὸν ἐξιόντας* (schol.).

Quantum tandem ponderis habeat jusjurandum, demonstratur ex coacervatione pl. 396 *Α. νὴ τοὺς θεούς. Β. πρὸς τῆς Ἑστίας. Α. νὴ τὸν Ποσειδῶ* et eq. 338. *Α. μὰ Δία. Β. ναὶ μὰ Δία. Α. μὰ τὸν Ποσειδῶ.*

Per Neptunum igitur juramenta haec fiunt *νὴ τὸν Ποσειδῶ* (22), *μὰ τὸν Ποσειδῶ* (7), *ὦ Πόσειδον* et similia (17), in quibus semper articulus exstat. est deus maris, rerum navalium, populorum maritimorum, praecipue Athe-

niensium, equorum. itaque cum vires ejus ad mares potissimum valeant, semper in virorum sermone nobis occurrit.

IV. juramenta per Apollinem facta.

Nec minore favore apud Graecos fruebatur Apollo, ad quem inquirendum nunc adgrediamur.

1) *ὦ Φοῖβ᾽ Ἄπολλον Λύκιε* eq. 1240; *ὦ Φ. Ἄ.* ran. 754; *ὦ Φ. Ἄ. καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες | καὶ Ζεῦ* pl. 81; *ὦναξ Ἄπολλον τῆς θείας τοῦ πλάτους* p. 238; *ὦναξ Ἄ. τοῦ νέφους* av. 295; *ἄναξ Ἄ. καὶ θεοί* pl. 438; *ὦ δέσποτ᾽ Ἀγυιεῦ* Pherecr. 1, 169; *ὦ φίλ᾽ Ἄ.* eq. 1270; *Ἄ. ἀποτρόπαιε τοῦ μαντεύματος* vesp. 161; pl. 359; pl. 855 (*καὶ θεοὶ φίλοι*); av. 61 (*τοῦ χασμήματος*); *Ἄπολλον* ran. 659; Anaxandr. 2, 136; Eubul. 2, 195; Amphid. 2, 246; Alexid. 2, 341; 362; Theophil. 2, 475, 4; 6 (*Ἄ. Ὧρε καὶ Σαβάζιε*): Luc. Jup. trag. 2, 643; Pl. rep. 509c (*δαιμονίας ὑπερβολῆς*).

2) *νὴ τὸν Ἀπόλλω* (de acc. cf. Kühner[3], III 1, pag. 425). 1. nub. 372; 2. 388; 3. av. 470; 4. 479; 5. lys. 465; 6. ran. 51; 7. 1074; 8. 1166; 9. 1511; 10. ekkl. 160; 11. 631; 12. 659; 13. 680; 14. eq. 941 (*νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα*). *ναὶ μὰ τὸν Ἀπόλλω* Xen. conv. 4, 27.

3) *μὰ τὸν Ἀπόλλω.* 1. ach. 59; 2. 101; 3. eq. 15; 4. 870; 5. 1041; 6. nub. 732; 7. vesp. 1366; 8. p. 16; 9. 615; 10. av. 263; 11. 438; 12. lys. 916; 13. 938; 14. 942; 15. th. 269; 16. 748; 17. ran. 508; 18. 951; 19. pl. 987; (deest negatio ran. 951, th. 748).

πρὸς Ἀπόλλωνος Pherecr. 1, 155 cum Herwerdeno (anal. crit. 26) juramentum non esse censemus.

Cum pristinam ejus significationem dei luminis et solis esse apud nos constet, facile apparet, nihil eum,

quae erant, sunt et quae futura videntur, effugere posse; ideo fit deus veridicus, augur, oraculorum et vaticinandi tutor. dein quod satis finitimus esse videbatur muneri vatis divinus eorum, qui artibus musicis operam dabant, impetus, cum musicos omnes tum poetas tueri existimabatur. cf. Suid. ad voc. *Ἄπολλον. ὁ Ἀπόλλων ὑποφήτης ἐστὶ τοῦ πατρὸς καὶ παρ᾽ ἐκείνου λαμβάνει τὰς μαντείας καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐκφέρει. προφήτης ἄριστος* Luc. philopatr. 3, 591, *μαντεῖος* av. 722, *Ἀπόλλων ἐν λύραις* Luc. am. 2, 449 igitur appellatur. oraculi quoque causa imploratur vesp. 161 *Ἄπολλον ἀποτρόπαιε τοῦ μαντεύματος* et Cratin. 1, 69. *ἄναξ Ἄπολλον τῶν ἐπῶν τε ῥευμάτων*, quo loco benigna poetae vena cum Callirrhoe comparatur; nec tamen infitiabimur, posse hic de deo averrunco cogitari. apte deinde Mnesilochus, qui dicitur, Euripidem obsecrans th. 269, ut juramento insit ponderis aliquid, eum dejerat, Euripidesque quippe qui poeta sit, ran. 951 eum testatur. ad carminum deum respicere videtur ekkl. 680, quod in eis, quae antecedunt, de *ῥαψῳδεῖν* sermo est. tum ex deo veridico derivatur etiam deus sapientiae eruditionisque et philosophiae; ita in Xen. conv. 4, 27 Charmides, se Socratem apud doctos viros se excercentem vidisse professus, et Strepsiades nub. 372 388, 732 cum Socrate magistro suo colloquens, non temere, Apollinem, doctrinae et sapientiae institutorem, citant.

Apollinem jam antiquitus Athenis cultum esse (*Ζεὺς ἑρκεῖος* et *Ἀπόλλων πατρῷος* Pl. Euthydem. 302c), satis inter omnes constat. conferas quaeso, quae E. Curtius „die Stadtgeschichte v. Athen“ p. 39 f., 58, 64 f., 75 etc. adfert, qui tyrannis praesertim auctoribus cultum auctum esse ostendit. notum est illud heliastarum sacramentum . . . *νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα* . . (qua de

formula Fraenkel in Herm. vol. 13, 464), ad quod alludit eq. 941 *εἴ γε νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα*, quae prosaica forma versuum ordinem interrumpens, quam saepe usitata sit, ea re indicio est. quia igitur aeque ac jusjurandum *νὴ τὸν Ποσειδῶ* juramentum *νὴ τὸν Ἀπόλλω* Atheniensium proprium est, saepe in oribus Bacchi ran. 51, 1074, 1166 et Demi eq. 870, 1041 est, qui partes populi Atheniensis agant. omnes quoque, qui in lys. 465, av. 263, 438, 470, 479, ekkl. 659, ach. 59, 101, ran. 754, pl. 987, vesp. 1366 per eum jurant, Athenienses sunt; in lys. 938, 942 contra, quo loco Cinesias (schol. *ἦν δὲ διθυραμβοποιός*) Apollinem dejerat, magis poetarum consuetudinem sequi videtur, ita ut antea v. 917 Myrrhina, ejus uxor, nescio an ad risum excitandum, per conjugis deum Apollinem sacramentum dicit feminis ipsis inusitatum (schol. *οὐκ ἔστιν ὅρκος γυναικῶν*). quod quam frequentatum a viris fuerit, luculenter apparet ex ekkl. 160, ubi in contione illa mulierum femina ob juramentum feminis proprium *νὴ τὼ θεώ* vituperata — *ἀνὴρ ὢν τὼ θεὼ κατώμοσας* — statim sanationis causa marium obtestationem et ipsam creberrimam profert, *ὦ νὴ τὸν Ἀπόλλω*. hunc atticum colorem nostra quidem sententia in juramentis Plutonis et ancillae in orco ran. 1511, 508 invenimus; in priore loco, ut Blaydes in edit. monet, facetiae ea quoque in re versantur, quod qui ipse deus sit, per alterum jurat. postremo Proxagorae jusjurandum *νὴ τὸν Ἀπόλλω* ekkl. 631 satis in ore feminae mirum, inde efficitur, quod in antecedentibus de deformi homine sermo erat, qua in re pulcherrima venustate ornatus Apollo in mentem venit. adiciendum tum locum putamus esse Pherecr. 1, 169 *ὦ δέσποτ' Ἀγυιεῦ* (*Φοῖβ' ἄναξ Ἀγυιεῦ* Eur. Phoen. 640), ubi quid sibi velit non satis clarum est.

Apollo *Ἀγυιεύς, γείτων, προθύρου προπύλαιος* columnae acuminatae forma ante januam positus erat, cf. schol. vesp. 875 *ἀγυιεὺς ὁ πρὸ τῶν αὐλείων θυρῶν κωνοειδὴς κίων, ἱερὸς Ἀπόλλωνος, καὶ αὐτὸς ὁ θεός*, quod idem comprobatur a Suida et Zonara. omittamus tandem Men. 4, 281 *μαρτύρομαι* [*ναὶ μὰ*] *τὸν Ἀπόλλω τουτον*[*ι*] *καὶ τὰς θύρας*, quibus verbis tibicinem aut alium ejusmodi hominem ante Apollinis statuam aut templum stantem se obstrinxisse Meinecke putat; nectamen satis firma ea quae supplentur, mihi esse videntur.

Restat, ut de eis vocativis quibus proprius locus tribuendus est, agamus. silentio prius praetereamus huc parum quadrantem locum eq. 1240 *ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον Λύκιε* ex Eurip. Telepho repetitum; saepissime nobis occurrunt voc. cum voculis *ἀποτρόπαιος, ἀλεξίκακος* conjuncti, ut *Ἄ. ἀποτρόπαιε* vesp. 161, pl. 359, 855 (*καὶ θεοὶ φίλοι*), av. 61; quod eq. 1307 (Eupolidis versus in eq. 1290 sq. iterati) *ἀποτρόπαι'*, et nub. 1372 *ὦλεξίκακε* legimus omisso dei nomine, falso a scholiastis declaratur, eq. 1307 *λείπει τὸ ὦ Ζεῦ* et nub. 1372 *τὸ ἀλεξίκακε. τουτέστιν, ἀποτρόπαιε, καὶ ὦ τὰ δεινὰ ἀπείργων. ἴδιον γὰρ Ἡρακλέους τὸ ἐπίθετον.* rectum jam Kock et Ribbeck invenerunt, qui ad Apollinem id referrent, „quem invocant perterriti vel mirantes cum indignatione“ (Bothe): de hac ejus dei vi conferas K. Fr. Hermanni antiq. divin. 67, 10, Schoemanni ant. gr. 2, 443 alios. postea, quod tempus respexisse scholiastae videntur, averrunci dei vis in Herculem transiit, cf. Luc. fugit. 3, 383, Jup. trag. 2, 704 alia. liberator nimirum adflictorum fingitur, vocatur igitur a Baccho ran. 659 prae dolore — schol. *οἱ γὰρ ἀλγοῦντες τοὺς θεοὺς ἀνακαλοῦνται* — semperque fere admirationis et terroris signum est, *ἐπίφθεγμα θαυμαστικὸν ὡς τὸ Ἡρά-*

κλεις (schol. Pl. rep. 509 c); ita pl. 855 *Ἄπολλον ἀποτρόπαιε καὶ θεοὶ φίλοι* Carion stupefactus querelis sycophantae; pl. 359 *Ἄπολλον ἀποτρόπαιε μὰ Δί᾽ ἐγὼ μὲν οὔ* Chremylus alicui num ex Apollinis templo quid abstulerit interroganti obicit; av. 61 *Ἄπολλον ἀποτρόπαιε τῆς χασμήματος* Euelpides trochili avis oscitationem miratus; p. 238 *ὦναξ Ἄπολλον, τῆς θυείας τοῦ πλάτους* Trygaeus Belli monstrum intuens; pl. 438 *ἄναξ Ἄπολλον καὶ θεοί* Blepsidemus nescius, quo Egestatem fugiat; av. 295 *ὦναξ Ἄπολλον τοῦ νέφους* Pisthetaerus et Euelpides prae avium forma et multitudine, pl. 81. cumulatur *ὦ Φοῖβ᾽ Ἄπολλον καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες καὶ Ζεῦ* a Chremylo, qui cum caecus ille se Plutum esse professus sit, in summum perducitur stuporem. eq. 1270 *ὦ φίλ᾽ Ἄπολλον* de Thumante esuriente sermo est, qui Apollinis Delphis arcum tetigisse fingitur, ut sibi opes daret. Theophil. 2, 475 *Ἄπολλον Ὧρε καὶ Σαβάζιε*, ubi athleta apud cauponem rationem eorum, quae comederat, reddit, valde caupo mirans multitudinem, Apollinem jungit cum Phrygum deo Sabazio (schol. av. 874 *Φρυγῶν ὁ θεός* et Ar. fg. p. 535) et Aegyptio Horo (cf. Herod. 2, 144, 156; Plut. Is. Os. saepius); certe stupor hisce adjectis ipsis satis miris nominibus magnopere augetur.

Deinde purus vocativus nobis occurrit, nonnunquam ita tritus, ut solus inservire videatur significationi interrogantis aut mirantis. Anaxandr. 2, 136; Eubul. 2, 195, ubi servus, ni fallor, de canis venatici nimis ridiculo cultu edoctus mirans respondet *Ἄπολλον*, paulo post *Ἡράκλεις*. Amphid. 2, 246 *Ἄ. ὡς δυσάρεστόν ἐστ᾽ ἀνιώμενος ἄνθρωπος*. Alexid. 2, 341 *Ἄ. ὡς ἰατρικῶς* minister Glauciae coqui artem praedicans dixit. Pl. rep. 509 c *Ἄ. δαιμονίας ὑπερβολῆς*, Men. 4, 170 (M), 191, 215, Sosip.

4, 483, Damox. 4, 521. cavendum etiam est, ne perperam accipiamus Luc. Jup. trag. 2, 643, quo loco Minerva Jovis mira verba non percipiens *Ἄπολλον, οἵοις φροιμίοις ἦρξω λόγων* exclamat, non ad adstantem Apollinem ipsis verbis conversa, ut facile crederes, sed signum mirationis tantum indicans. in his mirantium vocibus semper primo loco positum esse vocativum non est cur miremur; nobisque porro persuasimus hunc absolute usitatum non longe abesse a particulae vi, ut saepe, utrum dei persona ante oculos vocantis versetur, pro certo dijudicare nequeas. *Ἄπολλον ἀποτρόπαιε μὰ Δί᾽ ἐγὼ μὲν οὔ* pl. 359 speciem praeberet formulae, in qua dei nomen evanuisset, ni responderet ad quaestionem, numquid Chremylus ex Apollinis templo sustulisset.

Per Apollinem igitur juramenta fiunt *νὴ τὸν Ἀπόλλω* (15), *μὰ τὸν Ἀπόλλω* (19), *Ἄπολλον* et similia (circ. 25). est deus vatum, cantuum, poetarum, virorum doctorum et eruditorum; e gentibus praecipue Athenienses eum venerantur; duobus in locis in feminarum oribus versatur dilucidis e causis.

V. Juramenta per Mercurium facta.

Transeamus nunc ad Mercurium, quem saepe invocatum videmus per formulas.

1) *Ἑρμῆ δόλιε* th. 1202, *Ἑρμᾶ 'μπολαῖε* ach. 816, *ὦ φίλε Ἑ.* nub. 1478, *ὦ δέσποθ᾽ Ἑρμῆ* Telecl. 1, 217, *ὦ φίλταθ᾽ Ἑ.* Phryn. 1, 385, *Ἑ. κερδῷε* Luc. tim. 1, 152.

2) *νὴ τὸν Ἑρμῆν* 1. ran. 1169; 2. eq. 297 *τὸν ἀγοραῖον*; 3. p. 963; 4. nub. 1277; 5. ekkl. 445; 6. Luc. Nigrin. 1, 49; 7. hermot. 1, 752.

ναὶ τὸν Ἑρμᾶν ach. 742, 779.

3) *πρὸς τοῦ Ἑρμοῦ* Luc. somn. s. gall. 2, 706.

Mercurius est propulsator ruditatis hominum,
qui feros cultus hominum recentum
voce formasti catus,

ut apud Horatium legimus. praeclare enim sermoni invento politioris vitae origo tribuitur, quod inde societas enata, factae leges, artes inventae sunt. callidus igitur et versatilis deus est, e qua ejus vi derivantur omnes ceterae qualitates.

1) *ῥητορικῆς ὁ Ἑρμῆς ἔφορος λέγεται* schol. Luc. catapl. 1, 622, *ὁ λόγιος* praedicatur Luc. pseudolog. 3, 180, *ὁ λαλίστατος καὶ λογιώτατος θεῶν ἁπάντων* gall. 2, 705; Luc. Nigr. 1, 49 *ὡς εὖ γε νὴ τὸν Ἑρμῆν καὶ κατὰ τὸν ἐν ῥητόρων νόμον πεφροιμίασταί σοι*. Luc. catapl. 1, 622 *λόγους τινὰς διεξέρχεται ἐπιδεικνύμενος τὸν λῆρον τὸν αὑτοῦ*. Bacchus quoque in orco arbiter certaminis illius ran. 1169 per eum jurat, atque p. 963 fortasse ob adnominationem satis lepidam verbi *κριθή* imploratur, cui placeant ejusmodi verborum ambiguitates et ambages. non sine joco quodam in Luc. hermot. 1, 752 ad eam dei vim alluditur, quia Hermotimus *νὴ τὸν Ἑρμῆν αὐτὸν οὐ ἐπώνυμος ὢν τυγχάνεις* ad orationem habendam admonetur. deinde Luc. gall. 2, 706 Micyllus sutor gallum obsecrat *πρὸς τοῦ Ἑρμοῦ*, ut quae loquelae causa sit profiteatur, praeterea cum Mercurii *πάρεδρος* gallus sit, ut paulo ante dicit, *λαλιστάτου καὶ λογιωτάτου θεῶν ἁπάντων*. propter facundiam et sollertiam a Strepsiade etiam appellatur, qui nub. 1478 ad Mercurii in proscaenio stantem statuam conversus ne sibi ob fallacis et captiosae eloquentiae sophisticae studium irascatur, precibus flagitat.

Deinde cum cohaereat arctissimo vinculo cum deo eloquentiae fori et commercii deus, fit deus forensis, *ἀγοραῖος*, *ἐμπολαῖος*, cui curae est omnis mercatura et res

omnino pecuniaria: Luc. bis acc. 3, 800 *ἀγοραῖος γὰρ εἶ καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττεις*, eq. 297 *νὴ τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀγοραῖον*, Plut. qu. conv. 3, 6, 4. *Ἑρμῆς ἀγοραῖος* ach. 816 *Ἑρμᾶ 'μπολαῖε*. certe dei forenses non ubique eidem erant — eq. 410, 500 Jupiter nominatur, et Luc. Jup. trag. 2, 681 frater Mercurii Hermagoras est *ὁ ἀγοραῖος, ὁ παρὰ τὴν Ποικίλην . . . ὁ χαλκοῦς, ὁ εὔγραμμος καὶ εὐπερίγραπτος, ὁ ἀρχαῖος τὴν ἀνάδεσιν τῆς κόμης*. quo loco sine dubio antiqua Mercurii statua in foro tanquam frater Dei introducitur — sed proprius fori deus est Mercurius praecipue Athenis. cf. Paus. 1, 15, 1 et E. Curtii „Stadtgesch. v. Athen“ pag. 116, 170, 295, XXXIII; schol. eq. 297 *ἐν μέσῃ γὰρ τῇ ἀγορᾷ ἵδρυται Ἑρμοῦ ἀγοραίου ἄγαλμα*, schol. Luc. Jup. trag. 2, 681 *Ἑρμῆς ὁ ἀγοραῖος ἐτιμᾶτο παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἐν τῇ ἀγορᾷ ἱδρυμένος*. Hesych. *ἀγοραῖος Ἑρμῆς ἀφίδρυτο Κέβριδος ἄρχοντος, ὡς μαρτυρεῖ Φιλόχορος ἐν τρίτῳ*. quam ob rem Megarensis ille commercii causa Athenas profectus ach. 742, 779 eum dejerat, et nub. 1234 a Strepsiade jusjurandum postulatur per eum, quod olim equum emerat. deum quaestus et pecuniae videmus nub. 1277, ubi sermo est de nondum soluto aere alieno. ekkl. 445 feminas multum pecuniarum perdere per eum confirmatur, *Ἑρμῆς δώτωρ* Luc. saturn. 3, 397 jungitur cum *Ζεὺς πλουτοδότης* et *Ἀπόλλων μεγαλόδωρος*. pl. 1155 Carion *ἀλλὰ πλουτοῦμεν*, inquit, *τί οὖν Ἑρμῆν παλιγκάπηλον ἡμᾶς δεῖ τρέφειν; Ἑρμῆς κερδῷος* Luc. navig. 3, 260, 265, 275, tim. 1, 152 nuncupatur. inde non difficulter emanat ejus furti et doli tutela. Luc. catapl. 622 *τάχα που καὶ κλωπεύει ὁ γεννάδας*, schol. *λέγεται γὰρ τῶν κλεπτῶν προΐστασθαι ὁ Ἑρμῆς*. ita *Ἑρμῆ δόλιε* th. 1202 Euripides defraudato male Scytha vocat, *ἐπειδὴ τῶν δόλων ἔφορος ὁ Ἑρμῆς* (schol.), et eq. 297

Cleoni *ὁμολογῶ κλέπτειν σὺ δ' οὐχί* prae se ferenti botularius respondet concedens *νὴ τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀγοραῖον.*

Notum id quoque, in viis ejus statuas fuisse, nam *'Ἑρμῆν ἐνόδιον καὶ ἡγεμόνα λέγουσιν, ὡς δέον αὐτῷ πρὸς τὰς πράξεις ἡγεμόνι χρῆσθαι καὶ τοῦτον δὲ ἐπὶ τῶν ὁδῶν διὰ τοῦτο ἀνεστήλουν* (schol. Pl. leg. 914 b). adiciamus locum illum in Ar. pl. 1153 sq., quo Mercurius, qui perlibenter in comoedia versatur, ut inter homines ipsum recipiant, flagitat omnes suas vires enumerans, ut *παρὰ τὴν θύραν στροφαῖος, ἐμπολαῖος, παλιγκάπηλος, δόλιος, ἡγεμόνιος, ἐναγώνιος* (*ἔφορος τῆς παλαιστρικῆς* schol. Pl. lys. 206 d, *παλαίει μετὰ τῶν ἐφήβων* Luc. catapl. 1, 622. *τὸν ἐν παλαίστραις μὲν Ἑρμῆν* Luc. am. 2, 449).

Non ad certum judicandi finem venimus in Telecl. 1, 217 *ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, κάπτε τῶν θελημάτων* de sacris mercatoris?, et Phryn. 1, 385 *ὦ φίλταθ' Ἑρμῆ*, ubi hermam a nescio quo poni Kock existumat et monenti ne cadat, tanquam vivus sit respondere.

Per Mercurium igitur juratur *νὴ τὸν Ἑρμῆν* (7), *ναὶ τὸν Ἑρμᾶν* (2), *πρὸς τοῦ Ἑρμοῦ* (1), per vocativos saepius, nunquam *μὰ τὸν Ἑρμῆν.* est deus eloquentiae, fori et commercii, doli et furti, semperque in virorum sermone nobis occurrit.

VI. juramenta per Bacchum facta.

Nunc quidem de Baccho agamus, per quem juramenta fiunt haec:

1) *ὦ Διόνυσ' ἄναξ* p. 442, *ὦ Διόνυσε* p. 267, Eupol. 1, 260, Diphil. 2, 569, ach. 247 *ὦ Διόνυσε δέσποτα* etc.

2) *νὴ τὸν Διόνυσον* 1. p. 1277; 2. nub. 91; 3. 519; 4. vesp. 1474; 5. ekkl. 357; 6. 422; 7. av. 171; 8. 501; 9. 1370; 10. Sophil. 2, 446; 11. Plut. conv. qu. 11, 2.

3) *μὰ τὸν Διόνυσον* 1. nub. 108; 2. p. 109; 3. ekkl. 344; 4. Alexid. 2, 369; 5. Xenarch. 2, 471.

Bacchus cum sit deus vini, non temere invocatur in conviviis, ut Sophil. 2, 446 *νὴ τὸν Διόνυσον . . . ἤδη στρηνῶ*, ubi de bacchatione in epulis sermo est, Xenarch. 2, 471 *μὰ τὸν Διόνυσον, ὃν σὺ λάπτεις ἴσον ἴσῳ* ad potatorem quendam verba fiunt. nuncupatur Eupol. 1, 260 *Διόνυσε χαῖρε, μή τι πέντε καὶ δύο;* (*οἱ δ' ἐπιτεταμένως χρώμενοι τῷ ποτῷ δύο οἴνου ἔπινον πρὸς πέντε ὕδατος* Athen. 10, 426 e). Diphil. 2, 569 *ὦ πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προσφιλέστατε | Διόνυσε, καὶ σοφώταθ' ὡς ἡδύς τις εἶ*, Antiphan. 2, 88 *ὄμνυμι δ' ὑμῖν, ἄνδρες, αὐτὸν τὸν θεόν | ἐξ οὗ τὸ μεθύειν πᾶσιν ἡμῖν γίνεται*, in convivio quoque Plut. conv. qu. 1, 2 invocatur. saepissime deum pro vino usitatum esse satis notum est, ex hisce quoque locis exempla adferre possumus, ut Xenarchi; de quo usu metonymico conferas, quae collegit Sigmund Reichenberger in dissertatione, quae inscribitur „die Entwicklung des metonymischen Gebrauchs von Götternamen in der griech. Poesie" Karlsruhe 1891, qui de Baccho agit p. 40, 79, 91, 98.

Restant multi loci, in quibus Bacchus non ut vini deus nobis occurrit. quod quid sibi velit, facile intellegas e nub. 519 *νὴ τὸν Διόνυσον τὸν ἐκθρέψαντά με*, quo loco Aristophanes ipse poeta loquitur. schol. *ἐπεὶ ἐν Διονυσίοις παρῆλθε τὸ δρᾶμα, καὶ γὰρ ἐν τοῖς Διονυσιακοῖς ἀγῶσι τὰ δράματα ἤγετο καὶ ἐδιδάσκετο.* similiter ut Aeschylus ran. 886 *Δήμητερ ἡ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα*, ingenii sui nutricem, vocat hic Aristophanes Bacchum, rei scaenicae, histrionum et inde poetarum earum fabularum, quae in Dionysiis agebantur, tutorem. eodem modo vesp. 1046; qua e natura patroni fabularum et theatri nonnullos locos melius intellegas.

Posita erat Bacchi statua in primo spectatorum ordine, et nub. 91 Phidippides, cum antea jam *νὴ τὸν Ποσειδῶ τουτονί* jurasset, sine dubio hoc loco *νὴ τὸν Διόνυσον* obsecrans statuam alloquitur. sacerdos qui ibi quoque sedebat, summo cum joco ran. 297 a Baccho in scaena versante in auxilium vocatur: *ἱερεῦ διαφύλαξόν μ', ἵν' ὦ σοι ξυμπότης.* si intelligimus rei scaenicae eum tutorem esse, lumen quoque adfertur sacramento, ipsa re satis obscuro, Aeschinis oratoris, qui per Bacchum I, 52 jurat; sed histrionis arte antea defunctum esse recordemur, ut suo jure illum dejerare possit deum. quod in comoedia ipse deus semper ante oculos versabatur, non mirum est, per eum saepissime ab histrionibus jurari, ut av. 171, 501, 1370 epops. p. 1277, 109, nub. 108, vesp. 1474, ekkl. 344, 357, 422, p. 267, 422, ach. 247. qua in re non infitiabimur, quosdam locos, ut p. 109, 267, 422, 1277, ubi agrestes homines jurant, ita explicari posse, quod vini cultores illi sint, quod tamen admodum improbabile esse videtur. omnibus Atheniensibus, ut jam dictum est, adeo semper in agendis dionysiis obversabatur, ut ipse deus saepius in scaenam introduceretur, in quibus fabulis merus populi Atheniensium vicarius est; notae sunt eius partes in Ar. ranis, Pherecrat. crapatalis, Eupol. taxiarchis.

Juratur igitur per Bacchum in form. *νὴ τὸν Διόνυσον* (11), *μὰ τὸν Διόνυσον* (4), vocat. saepius. est deus vini, poetarum comicorum, rei scaenicae, histrionum et repraesentat in comoediis Atheniensem populum. semper a viris nuncupatur.

VII. juramenta per Herculem facta.

Accedamus nunc ad Herculem, per quem saepissime jurantes observamus, ut

1) *νὴ τὸν Ἡρακλέα* 1. th. 26; 2. eq. 481; 3. av. 1391; 4. pl. 337; 5. Luc. hermot. 1, 747; 6. parasit. 3, 860.

2) *μὰ τὸν Ἡρακλέα* 1. vesp. 757; 2. Luc. lexiph. 2, 344 (*μὰ τὴν ἀναίσχυντον Ἀθηνᾶν καὶ τὸν μέγαν θηριομάχον Ἡρακλέα*); 3. de morte Peregr. 3, 345; 4. dial. mort. 1, 402.

3) *πρὸς τοῦ Ἡρακλέους* 1. Luc. asin. 2, 578; 2. *πρὸς τοῦ σοῦ Ἡρακλέους* dial. mort. 1, 403.

4) *ὦναξ Ἡράκλεις* ran. 298, lys. 296, p. 180, av. 277, *ὦ Ἡ. πρὸς τῶν θεῶν* ach. 94, *Ἡ. ἄναξ* Antiph. 2, 20, *ὦ πολυτίμηθ' Ἡρ.* ach. 807, *Ἡ. φίλε* Alexid. 2, 359, *Ἡ. ἀλεξίκακε* Luc. fugit. 3, 383, *ὦ Ζεῦ τεράστιε καὶ Ἡ. ἀλεξίκακε* Luc. somn. s. gall. 2, 704; *ὦ γῆ καὶ ἥλιε καὶ ποταμοὶ καὶ θάλαττα καὶ πατρῷε Ἡ.* Luc. de morte Peregr. 3, 328. — *ὦ Ἡράκλεις* 1. ach. 1018; 2. nub. 184; 3. av. 93; 4. ekkl. 1068 (*ὦ Πᾶνες, ὦ Κορύβαντες, ὦ Διοσκόρω*); 5. pl. 374; 6. Anaxandr. 2, 140; 7. Luc. tim. 1, 160; 8. catapl. 643; 9. gall. 2, 747; 10. Pl. rep. 337 a; 11. conviv. 213 b; 12. Euthyd. 303 a (*πύππαξ ὦ Ἡρ.*); 13. Xen. com. 1, 3, 12; 14. Cyr. 1, 6, 27; 15. Plut. am. 3; 16. ib. 6; 17. ibid. 18; 18. an sit seni etc. 11; 19. conv. qu. 2, 5, 1; 20. 4, 1, 1; 21. Cebet. tab. 4, 1; 22. 12, 1; 23. 19, 1.

Ἡράκλεις 1. ach. 284; 2. vesp. 420; 3. av. 814; 4. pl. 417; 5. av. 860; 6. 1129; 7. 1574; 8. Eupol. 1, 323; 9. Pl. com. 1, 633; 10. Antiph. 2, 31; 11. Eubul. 2, 195; 12. Alexid. 2, 397; 13. Theophil. 2, 475; 14. Diphil. 2, 550; 15. Luc. som. 1, 21; 16. nigrin. 1, 39; 17. menipp. 1, 456; 18. 1, 476; 19. charon 1, 521; 20. vit.

---

1) *Ἡρακλέα* libri et volg. Eng., Mein., Bergk, Elmsl.; *Ἡρακλῆ* Dindorf, qui comicos non uti synizesi arbitratur. conferas quae Blaydes collegit ad lectionem Dindorfii fulciendam (tamen a codicum scriptura recedere necessarium non videtur), et Kühner-Blass gr. G, I, p. 433.

auct. 1, 556; 21. 1, 562; 22. 1, 567; 23. pisc. 1, 590; 24. 1, 615; 25. pro merc. cond. 1, 664; 26. 1, 670; 27. hermot. 1, 745; 28. Zeux. 1, 839; 29. quom. hist. conscr. 2, 11; 30. 2, 27; 31. de salt. 2, 268; 32. amor. 2, 412; 33. imag. 2, 459; 34. Jup. trag. 2, 655; 35. 2, 679 (*Ἡρ. ὦ Ἡρ.*); 36. gall. 2, 711; 37. ikarom. 2, 752; 38. calumn. non tem. cred. 3, 161; 39. pseudolog. 3, 178; 40. de domo 3, 190; 41. conv. 3, 439; 42. fugit. 3, 375; 43. ep. saturn. 3, 412; 44. philopatr. 3, 586; 45. Pl. Euthyphr. 4a; 46. Meno 91c; 47. Charm. 154d; 48. Lys. 208e; 49. Hipp. maj. 290d; 50. Xen. conv. 4, 53.

Primus per Herculem juravisse Nestor perhibetur a Philostrato heroic. pag. 303 (Kayser): *τό τοι διομνύναι τὸν Ἡρακλέα οὔπω ξυνήθες τοῖς ἀνθρώποις ὂν πρῶτόν γε νομίσαι φησὶ* (scil. Protesilaus) *τὸν Νέστορα καὶ παραδοῦναι τοῖς ἐν Τροίᾳ*, cui satis mirae sententiae nescio qui locus Homericus originem dederit.

Hercules, qui totum orbem terrarum pererraverat totque et tantis monstris mundum liberaverat, recte quidem appellatur *ὁ μέγας θηριομάχος* Luc. lexiph. 2, 344, *καλλίνικ' ἄναξ Ἡράκλεις*, ad quem Archilochi hymnum alludit Luc. dial. mort. 1, 402 *ὦ καλλίνικε*; itaque quia incredibilia et summa admiratione digna effecit, av. 1391 Cinesias, dithyramborum poeta, se per aërem volaturum esse professus in hoc ingenti promisso per Herculem jurat. et vesp. 757 Philocleon *μὰ τὸν Ἡρακλέα | μή νυν ἔτ' ἐγὼ 'ν τοῖσι δικασταῖς | κλέπτοντα Κλέωνα λάβοιμι* ingens quid pollicitus eum obsecrat, eodem modo eq. 481 Cleon *ἐγώ σε νὴ τὸν Ἡρακλέα παραστορῶ* vires suas jactans eum nuncupat. imaginem ejus depingit Diogenes Luc. dial. mort. 1, 402 *οὐχ Ἡρακλῆς οὗτός ἐστιν; οὔμενουν ἄλλος μὰ τὸν Ἡρακλέα τὸ τόξον, τὸ ῥόπαλον, ἡ λεοντῆ, τὸ μέγεθος, ὅλος Ἡρακλῆς ἐστιν.* porro in juramentis Luc. hermot. 1, 746 *νὴ τὸν Ἡρακλέα τὸν ἐν Οἴτῃ* in pyra conflagratum eum in Oeta monte esse commemoratur. non temere igitur in Luc. de morte Peregr. 3, 345, de cynico illo philosopho, qui idem pyra se ipsum concremavit, agens per Herculem juratur. sed accedit huc alia quoque causa, cur Hercules imploretur; nam cynici inde ab Antisthene et Diogene aemulabantur Herculem tanquam virtutis exemplar, ut etiam externo habitu imaginem ejus exprimerent. ita Luc. vit. auct. 1, 548 *Ζηλοῖς δὲ τίνα;* Diogenes *τὸν Ἡρακλέα*, Luc. conv. 3, 430 *Ἡρακλῆς ἀρχηγέτης ὁ ἡμέτερος θεὸς, ὁ Ἡρακλῆς.* et dial. mort. 1, 402, 404 Diogenes Herculem alloquens satis jocose per eum jurat. cfr. Zeller, Philos. d. Griech. II, a p. 307: „das, wovor die meisten sich fürchten, die Mühe und Arbeit, ist ein Gut, weil sie allein dem Menschen die Tüchtigkeit verschafft, durch die er unabhängig wird; und eben desshalb ist Herakles der Schutzheilige und das Vorbild der Cyniker, weil kein anderer ein so arbeitsvolles und mühseliges Leben mit so viel Muth und Stärke zum Besten der Menschheit durchgekampft hat". templum ejus quoque Athenis in Cynosarge erat, pristina cynicorum sede (cf. Paus. 1, 19, 3 et E. Curtius, Stadtgesch. v. Athen II.).

Nec mirum, quod Hercules, quippe qui tam egregie de hominibus meritus esset, eis, qui quasi in faucibus perniciei versarentur, genuinus existere videbatur heros; tamen apud Aristophanem *ἀλεξίκακος* vel *ἀποτρόπαιος Ἡρακλῆς* nobis non occurrit, sed hisce cognominibus adficitur Apollo, ut jam supra dictum est. postea autem apud Lucianum ea cognomina accipit, ut in fugit. 3, 383 *Ἡρ. ἀλεξίκακε*, somn. gall. 2, 704 *ὦ Ζεῦ τεράστιε καὶ Ἡρ. ἀλεξίκακε*, quo e posteriore usu pendent scholia ad Ar.

ran. 1371, ran. 298, p. 422, qui Herculem averruncatorem nominatum esse jamtunc censent.

Herculis cultum praecipue quidem apud doricas gentes floruisse Wilamowitz l. c. demonstravit, sed jam antiquitus Athenis quoque huic deo honores tributos esse constat. cf. E. Curtius l. c. pag. 121 sq. „bei den Meliteern war aber seit ältester Zeit ein hoch angesehenes Heiligthum des Herakles (Il. 22), und die Athener waren stolz darauf, ihn nicht, wie sonst üblich war, als Heros, sondern als einen Gott in ihrer Stadt zu ehren“ . . . p. 122 „der nationale Zug der hellenischen Mythologie, der im Apollodienst vertreten war, hat die staatliche Anerkennung nicht zu Stande kommen lassen, aber das Heiligthum des Herakles erhielt sich in vollen Ehren“ . . . . proprius autem heros Thebanorum et Boeotorum est, schol. eq. 481 *ἀκολούθως δὲ τοῦ Ἡρακλέους ἐμνήσθη, ἐπειδὴ Θηβαῖον ἴδιος ὁ θεὸς οὗτος εἶναι λέγεται.* Luc. Jup. trag. 2, 679 *Ἡράκλεις, ὦ Ἡράκλεις, ἄγροικον τοῦτ’ εἴρηκας καὶ δεινῶς Βοιώτιον.* praesertim e mimis satyricis et comoediis, quae libenter vim consilii expertem castigent, originem duxit consuetudo, ut Hercules, quasi repraesentans Boeotorum popularium stultitiam, ob rusticitatem et inurbanitatem irrideatur. jam commemoravimus *ἄγροικον καὶ δεινῶς Βοιώτιον.* ad quae schol. *εἰς ἀμαθίαν ἐσκώπτοντο οἱ Βοιωτοί, ἀφ’ οὗ καὶ ἡ παροιμία Βοιωτία ὗς. ἐπεὶ οὖν Ἡρακλῆς Βοιωτὸς ἐξ Ἀλκμήνης γάρ, δημωδῶς πάνυ ἐπέσκωπται.* praeterea in comoediis fingitur *ὀλιγόσιτος* Phryn. 1, 377, *πεινῶν* Cratin. 1, 102 (*καὶ Διόνυσος δειλὸς καὶ μοιχὸς Ζεύς*), schol. p. 740. apud Aristophanem voracitas nimia perstringitur ran. 63, 107, schol. p. 740; ad risum captandum coena defraudatur vesp. 60, perbene quoque in av. ejus cupido illustratur, ubi cum strangulaturus Pisthetaerum in *Νεφελοκοκκυγίαν*

venisset, non tam ira ejus placatur a Neptuno, quam epulis delicatis Pisthetaeri. accedit ad ridiculam reddendam ejus personam, quod proclivis etiam est in Venerem, Luc. am. 2, 398 *οὐκ ἀγνοεῖς δὲ δήπου τὸν θεόν, ὡς ὀξὺς ἦν πρὸς Ἀφροδίτην* quare, ni fallor, invocatur Luc. asin. 2, 578 in amore Lucii et ancillae.

Hic deus certe in comoediis spectatorum risus et forma et qualitatibus excitabat, quare ejus praesidium flagitatur, non ut Apollinis, in instantibus seriis periculis, sed in jocosis magis vel non tam gravibus angustiis, in quibus obsecrationibus non tam anxietas quam simulatio sollicitudinis inest. denique invocatur a mirantibus, ut th. 26, ubi Euripidi *ὁρᾷς τὸ θύριον τοῦτο;* quaerenti valde mirans respondet Mnesilochus *νὴ τὸν Ἡρακλέα | οἶμαί γε.* ita Luc. de paras. 3, 860. Tychiades stupens, quod nonnullos philosophos parasitos esse adfirmat Simo; ante omnia autem vocativi *Ἡρ.* huic inserviunt rei, cf. v. Wilamowitz-Moellendorf. Eurip. Herakl. I, p. 283 ff.: „*Ἡράκλεις* ruft der Athener, wenn ihm bei irgend etwas nicht geheuer ist; der Ausruf ist sehr abgeschwächt, es ist ein milder ‚Fluch‘, wie unsere blasphemische Weise zu reden ist. Aber zu Grunde liegt doch eine Angstempfindung, das Schutzbedürfnis dessen, der sich fürchtet und Hilfe braucht, ruft den furchtlosen rettenden Geist.“ schol. Luc. Jup. trag. 2, 655 *εἰώθασιν οἱ ἄνθρωποι ἐν κακοῖς ὄντες ἐπικαλεῖσθαι τὸν Ἡρακλέα ὡς ἀλεξίκακον*, schol. 679 *τοῦτο εἰώθασιν ἐπὶ θαυμασμοῦ λέγειν. ἔστιν οὖν ἐπίφθεγμα ἐκπληκτικόν.* schol. Pl. Men. 91 c *ἐπίφθεγμα θαυμαστικόν*, schol. Pl. Euthyd. 303 a *τὸ μὲν πύππαξ τίθεται καὶ ἐπὶ σχετλιασμοῦ καὶ ἐγκωμίου.* Suid. *Ἡρ. ἐπίφθεγμα θαυμαστικόν.* permulta hujus rei exstant exempla, primum quidem ea, in quibus praesidii causa in-

vocatur, dein admirationis causa; ac priora quidem plenioribus fere formulis utuntur, ut *ἀπολοίμεθ' ὦναξ Ἡρ.* Ar. ran. 298 Xanthias per jocum simul Pseudoherculem, ut ita dicam, Bacchum implorat, *ὦναξ Ἡρ.* lys. 296 senum chorus fumo cruciatus, *ὦναξ Ἡρ.* p. 180 Mercurius Trygaeum in scarabaeo sedentem videns, *ὦναξ Ἡρ.* av. 277 Pisthetaerus nomen avis cujusdam Medonem stupens, *ὦναξ Ἡρ. πρὸς τῶν θεῶν* ach. 94 Dicaeopolis regis Persarum oculum, ut dicitur, mirans, *Ἡρ. ἄναξ, πάντες τεθολώκασιν* Alexid. 2, 397, *Ἡρ. φίλε* Alexid. 2, 359. *ὦ πολυτίμηθ' Ἡρ.* ach. 807 Dicaeopolis sues Megarensis; *Ἡρ. ἀλεξίκακε* Luc fugit. 3, 383 Mercurius praesente Hercule *ἀκαίρως* vocat, stupore affectus de nomine Myropni, satis jocose. *ὦ Ζεῦ τεράστιε καὶ Ἡρ. ἀλεξίκακε* Luc. somn. s. gall. 2, 704 Micyllus quia gallus humana voce loquitur, exclamat. *ὦ Ἡρ. ὦ Πᾶνες ὦ Κορύβαντες ὦ Διοσκόρω* ekkl. 1068 juvenis, ut liberetur ab illis vetulis, nuncupat, *ὦ Ἡρ. ἰού, ἰού* Luc. tim. 1, 160 Gnathonides verberatus. e re ipsa apparet semper fere sequi sententias cum voculis *ὡς, οἷος, ὅσα, τί* incipientes ut Xen. com. 1, 3, 12 *ὦ Ἡρ. ὡς* . . ., ad quae Socrates respondet *τοῦτο θαυμάζεις;* Xen. Cyr. 1, 6, 27 . . . *οἷον* . . . ach. 1018 *ὦ Ἡρ. τίς οὑτοσί;* nub. 184 *ὦ Ἡρ. ταυτὶ ποδαπὰ τὰ θηρία;* av. 93 *τουτὶ τί ποτ' ἐστὶ τὸ θηρίον;* pl. 374 *ὦ Ἡρ. φέρε ποῖ τις ἂν | τράποιτο;* similia sunt Luc. gall. 2, 747, Plut. am. 3 *τί* . . id. 18 *ὡς* . ., id. an sit seni cr. 11 *οἷος* . .. conv. qu. 2, 5, 1 *ὅσα* . . 4, 1, 1. Pl. rep. 337 a, conv. 213 b, Ceb. tab. 4, 1 *ὡς* . ., 12, 1 *ὡς* . ., 19, 1 *ὡς* . . saepe cum genetivo admirationis quoque connexum est, ut Luc. catapl. 1, 643 *ὦ Ἡρ. τοῦ ζόφου*, Plut. am. 6; *ὦ Ἡρ. τῆς εὐχερείας* Pl. Euthyd. 303 a, *πύπαξ ὦ Ἡρ. καλοῦ λόγου* Anaxil. 2, 140 *ὦ Ἡρ. ἀβελτερείου τεμενικοῦ*.

Deinde absolute usitatum voc. *Ἡράκλεις* persaepe in-

venimus velut ach. 284 Dicaeopolis Acharnensibus in ipsum inrumpentibus miratur, *Ἡρ. τουτὶ τί ἐστι;* vesp. 420 *Ἡρ. καὶ κέντρ' ἔχουσιν* Xanthias de vesparum aculeis, av. 860 *Ἡρ. τοῦτο τί ἦν* miratur corvinum hominis voltum, av. 1574 Neptunus non sine joco praesente Hercule *τί δρῶμεν Ἡρ.;* Alexid. 2, 397 *Ἡρ.* somnio monstrorum pleno narrato maximo stupore perterritus exclamat quis Antiph. 2, 31 *Ἡρ. ἀποκτενεῖς με*, pl. 417 *Ἡρ.* Blepsidemus Egestatem fugiens. Theophil. 2, 475 caupo athletae helluationem miratus, primum *Ἡρ.*, tum *Ἄπολλον* et *Ἄπολλον Ὦρε καὶ Σαβάζιε* pronuntiat. verbum admirantis quoque est in Eupol. 1, 323, Diph. 2, 550, Luc. nigr. 1, 39, menipp. 1, 456; 476 *Τιτὰν γηγενὴ Ἡρ. ὅσος;* charon 1, 521 Mercurii quia Charon versibus homericis utitur, vit. auct. 1, 556 emtoris de Socratis juramentis obstupefacti. miratio quoque inest, ne longius discedamus, in Luc. pisc. 1, 590, pro merc. cond. 1, 664, 670, hermot. 1, 745, Zeux. 1, 839, quom. hist. conscr. sit 2, 11; 27; de saltat. 2, 268, amor. 2, 412, imag. 2, 459, Jup. trag. 2, 655, somn. s. gall. 2, 711, ikarom. 2, 752, calumn. non tem. cred. 3, 161, pseudolog. 3, 178, de dom. 190 etc. saepe *ὡς, τί, οἷα* sequi vidimus, aeque cum genetivis conjunctum est in Pl. com. 1, 633 *Ἡρ. τῶν βεμβράδων*, Luc. vit. auct. 1, 556 *Ἡρ. τῆς ἀτοπίας τῶν θεῶν*, ib. 567 *Ἡρ. τῆς ἀκριβολογίας*, pisc. 1, 615 *Ἡρ. τῶν ὀδόντων*, philopatr. 3, 586 *Ἡρ. τῶν θαυμασίων ἐκείνων φασμάτων ἢ ἀκουσμάτων*.

Quibus de formis Stephanus in thes. adfert: „vocat. *Ἡράκλεις* et *ὦ Ἡράκλεις* interdum est opem Herculis implorantis, interdum admirantis, tam poetice quam in prosa“. praecipue eas apud Lucianum observamus, quem hoc in usu Latinorum particulam „mehercle, hercle“, et ipsam creberrime usitatam, aliquo modo imitatum esse non ab-

sonum est. qua in quaestione id quidem silentio non praetervehamur, Richardum Heinze in dissertationis (de Horatio Bionis imitatore, Bonnae 1889) excursu p. 13 sq. breviter, utrum latine scierit Lucianus necne, disserentem, ullam latinae linguae cognitionem ei abjudicare, maxime argumento e silentio, ut ita dicam, fretum. cujus sententiae, quam non repudiamus, hac in re non tantum tribuendum esse videtur, nam adeo certum est, ut compluribus exemplis firmari e recentioribus linguis non oporteat, omnium exterae linguae vocabulorum primas quidem tales exclamationes et memoria contineri et in ipsum hominum sermonem transire.

Eodem modo ac latine, ita graece uberiore usu paullatim evanuisse videtur dei ipsius persona, ut postremo inserviat adfirmationi, praesertim si per ipsum positum est Ἡράκλεις ut pl. 417, av. 1129, Eubul. 2, 195, Theophil. 2, 475, Diphil. 2, 550, in quibus paene respondet latine „hercle" admixta aliqua admiratione, sed etiam in aliis intercidit dei figura, ut existeret ἐπίφθεγμα θαυμαστικὸν ἀντὶ τοῦ ὦ τοῦ θαύματος (Etym. Magn.)[1]. ita nobis Luc. Jup. trag. 2, 679 Ἡράκλεις, ὦ Ἡράκλεις vertendum esse videtur Quid? o Hercule ....; Lucianus et Aristophanes quoque nonnunquam ad risum movendum vocula Ἡράκλεις utuntur praesente ipso deo, ut av. 1574 Neptunus τί δρῶμεν, Ἡράκλεις; ni fallor, et ad Herculem conversus et in difficultate ejus nomen quasi particulam mirationis nuncupat. quamquam id quidem non negabimus,

1) cf. Apollon. Dyscol. (Bekker anecd. II, 570, 15): ἀπὸ κλητικῆς πολλάκις ἐπιρρηματικαὶ συντάξεις γίνονται, ὡς Δάματερ, Ἥρακλες .... qua forma provectior correptionis gradus indicatur.

usum vocis ut particulae tum fere exstare, ubi in initio sententiae ponitur. similiter apud Luc. praecipue in dialogis deorum eadem ambiguitas consilio efficitur, ut saepius utrum Hercules ipse ante oculos versetur an vocativus jam particula sit, non satis perspiciamus.

VIII. juramenta per reliquos deos et heroes facta.

Adjungenda huc videntur juramenta per ceteros mares deos, quae multo rariora sunt, inter quos principem locum obtinet sacramentum per Dioscuros factum. qui heroes, primum Spartani, deinde graeci tanquam σωτῆρες, ἀγαθοὶ δαίμονες coluntur. cf. Paus. 3, 13, 3. de eorum templo Athenis (Ἀνάκειον) cf. Curtium l. c. XLVI sq. inprimis in pugnis adjutores et navigantibus praesidio sunt. Luc. navig. 3, 254, Charid. 3, 620; Ar. fg. 1, 472 ἔμπολω Διοσκόρω, Luc. mer. dial. 3, 321 ὦ Διοσκόρω nauta amicae jurat per Neptunum et Castores. schol. ὡς ναύτης τοὺς Διοσκούρους καλεῖ. οὗτοι γὰρ σωτῆρες ἐλέγοντο τοῖς πλέουσιν. qua e qualitate intelligas quoque Luc. gall. 2, 732 ὦ Διοσκόρω τῆς ἀνομοιότητος, Micyllus τοῦτο θαυμαστικῶς ἀναφωνεῖ. τοὺς Διοσκούρους δὲ παραλαμβάνει, ὡς σωτῆρας δῆθεν, ὡς ἂν μὴ τῇ μεταβολῇ τῶν βίων ναυάγιον ὑποσταίη, ὡς οἱ ἀπὸ γῆς πρὸς τὴν θάλασσαν μεταγενόμενοι (schol.), et Amphid. 2, 238, ubi quis pulcherrimas res enumerans interrumpitur, ὦ Διοσκόρω, ὀνόματα τῶν δώδεκα θεῶν διελήλυθας. ante omnes Lacones per eos jurabant, ναὶ τὸν Κάστορα lys. 206 Lampito Lacaena, 988 nuntius Lacedaemoniorum, ναὶ τὼ σιώ lys. 81, 86, 90, 142 eadem femina, 983, 1095, 1105, 1174, 1180 praeco spartanus, Xen. hell. 4, 4, 10. οὐ τὼ σιώ idem praeco spartanus 1171, schol. p. 214, τοὺς Διοσκούρους οἱ Λακεδαιμόνιοι σιοὺς ἔλεγον, ὡς Ἀθηναῖοι θεὼ Δήμητραν καὶ Περσεφόνην. apte p. 285 Dioscuris

gratiam agit Trygaeus de morte Brasidae. p. 214 Mercurius de Sparta dicens eos dejerat. dein quam tritum Lacedaemone juramentum fuerit. inde apparet, quod et Lacones fere nullum in scaena verbum pronuntiant sine horum deorum invocatione et feminae quoque eos saepe nuncupant, quarum praeter *ναὶ τὸν Κάστορα* et *ναὶ τὼ σιώ* nullum aliud sacramentum observamus. postremo commemoremus ekkl. 1068, ubi juvenis a decrepitis illis vetulis excitatus *ὦ Ἡράκλεις, ὦ Πᾶνες, ὦ Κορύβαντες, ὦ Διοσκόρω* vocat, Panes, quia salaces sunt vetulae, Corybantes, quia furentibus similes, Dioscuri, ut sibi opem ferant (BE).

Corybantes apud Luc. tim. 1, 152 invocantur, *ὦ Ζεῦ τεράστιε καὶ φίλοι Κορύβαντες καὶ Ἑρμῆ κερδῷε*, ad quem locum adfert schol. *οὐ μάτην Κορύβαντας ἐπὶ τῇ ἐκπλήξει ἐμβοᾶται, ἀλλ' ὡς ἐπὶ παραδόξῳ καὶ μανιώδει δῆθεν τῷ συγκρίματι.* illos furoris terrorumque repentinorum auctores propitiabant, si portentum aut prodigium subito fuisset oblatum. *Πάν* praeter supra citatum locum in Pl. Phadr. 279 b invocatur *ὦ φίλε Πάν τε καὶ ὅσοι ἄλλοι τῇδε θεοί*, ubi deus regionis illius est.

Vario ordine postremo cetera juramenta adseramus.

νὴ τὸν Πλούτωνα Luc. dial. mort. 1, 423, *πρὸς τοῦ Πλούτωνος* ib. 412, *ὦ δέσποτα καὶ βασιλεῦ καὶ ἡμέτερε Ζεῦ καὶ σὺ Δήμητρος θύγατερ* ib. 426, *οὐ μὰ τὸν Πλούτωνα καὶ Φερσεφόνην* de lud. 3, 922, omnia jure in orco usurpantur. nominis altera forma est *Ἀιδωνεύς*; in juram. *νὴ τὸν Ἀιδωνέα* dial. mort. 1, 341 Mercurius *ψυχοπομπός* Charoni per eum jurat.

μὰ τὸν Ἀσκληπιόν Alexid. 2, 357, ubi quis medicum alloqui videtur. *οὐκ ἔστιν ἑκτεὺς* (modus atticus) *τοῦτο*. *μὰ τὸν Ἀσκληπιόν* Men. obscurum est.

μὰ τὸν Ἥφαιστον in Amips. 1, 675 fortasse spectat ad vocem *καλλιτράπεζος*.

εἴ γε νὴ τὸν ἡμέτερον θεόν .. τὸν Ἄμμωνα Pl. pol. 257 b recte Theodorus Cyrenensis Jovem Ammona appellat, cujus cultus illa in regione valde florebat.

μὰ τὸν Ἐνδυμίωνα Luc. ikarom. 2, 767, schol. *τοῦ Ἐνδυμίωνος ἐρασθεῖσα ἡ Σελήνη συνῆν αὐτῷ. καὶ διὰ τοῦτο Ἐμπεδοκλῆς, ὡς περὶ τὴν σελήνην διάγων, κατὰ τοῦ Ἐνδυμίωνος ὄμνυσιν.*

μὰ τὸν Ζῆθον Pl. Gorg. 489 e, schol. *ὄμνυσι κατὰ τοῦ Ζήθου, ὡς τινος τῶν ἡρώων ὄντος, ἢ ὡς χαριζόμενος Καλλικλεῖ, ἐπειδὴ τῇ τούτου ῥήσει πρὸ μικροῦ εἰς παραίνεσιν ἐχρήσατο.*

ναὶ τὸν Διοκλέα ach. 776 usurpatur a Megarensi, schol. *Διοκλῆς τις ἥρως ἐτιμᾶτο παρὰ Μεγαρεῦσιν, ᾧ καὶ ἀγῶνα τελοῦσι τὰ Διόκλεια ..*

νεὶ τὸν Ἰόλαον ach. 867 juratur a Boeoto. schol. *Ἰόλαος ἥρως οὕτω τιμώμενος παρὰ Θηβαίοις.*

Non multa verba faciamus de duobus Luciani juramentis in philop. 3, 594 *νὴ τὸν Ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις* et 605 *νὴ τὸν υἱὸν τὸν ἐκ πατρός* Christum.

Id quidem silentio non praetereamus, nunquam nos Martem invocatum vidisse, ne eis quidem in locis, in quibus gloriantes milites nobis occurrunt. per quem deum, cum is jam apud Homerum minime in favore sit, ideo non juratum esse non miramur.

IX. juramenta per Junonem facta.

Hactenus de juramentis per mares deos factis, veniamus nunc ad dearum seriem perlustrandam ac primum quidem de Junone agamus; mirum in modum fere prorsus deest per eam oblatum jusjurandum in comoediis, cum in dialogis Platonis et Xenophontis non raro obveniat in form.

νὴ τὴν Ἥραν 1. Pl. ap. 24e; 2. Theaet. 154d; 3. Gorg. 449d; 4. Charm. 181a; 5. Phaedr. 230b; 6. Hip. maj. 287a; 7. ibid. 291e; 8. Xen. conv. 4, 45; 9. 4, 54; 10. 8, 12; 11. 9, 1; 12. oec. 10, 1; 13. 11, 19; 14. Cyr. 8, 4, 12; 15. mem. 1, 5, 5; 16. 3, 10, 9; 17. 3, 11, 5; 18. 4, 2, 9; 19. 4, 4, 8.

In quibus semper fere Socrates et ejus sectatores utuntur hac formula ea re jam valde mira, quod a viris tantum hoc muliebre, ut credere possis, sacramentum nuncupatur. tamen in volgari sermone non frequentatum id fuisse, jam inde apparet, quod in Ar. lys. th. ekkl., ubi verae jurandi feminarum formae sunt, non invenitur. quod si declarare conemur, ponamus ante oculos Junonis vires et qualitates; tunc quam arcte circumcisa ejus provincia sit videbimus. est enim regina coeli, quae admodum pauca cum vita hominum cohaerentia habet. in una tantum re valet Junonis vis: th. 973 *Ἥραν δὲ τὴν τελείαν μέλψωμεν . . . ἣ . . κλῇδας γάμου φυλάττει*, conjugii custos et patrona est, *τελεία, γαμηλία, ζυγία*, et inde fit dea *εἰλείθυια*, partuum tutrix. postea *Εἰλείθυιαι* jam in Hom. Il. 11, 270 filiae Junonis nominantur, et schol. th. 130 ministrae Dianae sunt; omnino, non ut apud Romanos in Junone Lucina, haec partuum tutela paullatim ei adimitur et in Eileithyias transponitur [1]). „Die einzelnen Functionen der Ehe selbst aber fallen anderen Göttern zu, der Artemis *Λυσίζωνος* . . . den Eileithyien die Geburtshilfe . . der olympischen Hera, . . . ziemte wohl die Weihe und sittliche Aufsicht der Ehe im Ganzen, die einzelnen physischen Thätigkeiten erlaubte das hellenische Ziemlichkeitsgefühl ihr nicht zuzuschreiben" (Pauly, Real-Encyclopädie 4, p. 565). certe non negabimus, maximam ejus poten-

1) Welcker, Götterlehre 1, 488, O. Müller, Proleg. z. e. wiss. Myth. 271f. Roscher, Studien zur vergleich. Mythol. 2, 56.

tiam esse, sed tam sublimis et suprema est, ipsaque dea tam gravis et austera, ut non saepe in feminarum oribus versetur. quare poetae, hanc deam in scaenas introducere, veriti sunt feminaeque alias potius implorabant deas, quae arctius cum ipsarum vitis conjunctae essent.

Socratem, ut diximus, et discipulos nonnunquam, non, ut saepius legimus, semper fere, per eam jurantes observamus, cui satis mirae rei lux adfertur, si recordemur, Socratis matrem obstetricem fuisse ideoque patronam habuisse artis suae Junonem Eileithyiam. „Der auffallende Umstand . . . erklärt sich vielleicht aus der Thatsache, dass der Vertreter der Maieutik Sohn einer Hebamme war, welche die attische Hera Eileithyia als Schutzgöttin verehrte und demgemäss auch im Munde führte" (W. H. Roscher, ausführl. Lex. d. gr. u. röm. Mythol.). ceterum non absonum est, Socratem quaesivisse juramenta, similiter ut *νὴ τὸν κύνα*, cum ea augusta et sanctissima necdum detrita crebriore usu esse putaret simul etiam morem secutus nonnullorum philosophorum sectatoribus propria sacramenta eligebat, quibus ab alteris distinguerentur. Callias in Xen. conv. 4, 45, quamquam non sectator Socratis est, per Junonem jurat sive alludens ad notum Socratis jusjurandum, sive, quod idem in Xen. Cyr. 8, 4, 12, ubi ad Persas translatus est usus, accidisse videtur, Xenophon ipse, cum discipulus Socratis esset, jusjurandum non aptis locis inseruit. in oec. 10, 1 Socratem *νὴ τὴν Ἥραν, ἀνδρικήν γ' ἐπιδεικνύεις τὴν διάνοιαν τῆς γυναικός* putares per eam jurari, quia ipsa dea, ut ita dicam, virilis, austera, gravis est.

X. juramenta per Cererem facta.

Accedamus ad juramenta per Cererem data, quae multo saepius observamus in form. *νὴ τὴν Δήμητρα* 1. nub. 455;

2. vesp. 629; 3. eq. 812; 4. 833; 5. lys. 500; 6. ekkl. 662; 7. av. 517; 8. ran. 1067; 9. νὴ τὴν φίλην Δ. Antiph. 2, 19; 10. Pherecr. 1, 152.

μὰ τὴν Δήμητρα 1. ach. 708; 2. nub. 121; 3. vesp. 1442; 4. lys. 271; 5. eq. 435; 6. 461; 7. 698; 8. 1021; 9. r. 42; 10. 668; 11. 1222; 12. th. 225; 13. pl. 64; 14. 364; 15. com. anon. 4, 610.

Δήμητερ r. 886. *δέσποινα πολυτίμητε Δήμητερ φίλη* th. 286. *ὦ Δάματερ* pl. 555, 872, Theopomp. 1, 738, Luc. dial. mon. 3, 314.

ὦ Δάματερ est admirantis exclamatio, *ὦ Δήμητερ* vocativus. Phot. et Suid. *Ἡράκλεις· ἐπίφθεγμα θαυμαστικόν. ὥσπερ τὸ ὦ Δάματερ τοῦ ὦ Δήμητερ διαφέρει.* Eustath. 1385, 53 *τὸ ὦ Δάματερ τὸ θαυμαστόν, ὃ κεῖται καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ, Δωρικὸν μὲν ὄν, ψιλωθὲν δὲ εἰς κοινὴν χρῆσιν τοῖς Ἀττικοῖς.* cf. Lobeck, Phryn. 640 (K). schol. pl. 555 *εἰώθασιν οἱ Ἕλληνες, ἐπειδάν τι παράδοξον ἀκούσωσι, σχετλιάζειν καὶ βοᾶν Ἡράκλεις, ἢ Ἄπολλον, ἢ ὦ Ζεῦ, οὕτω καὶ οὗτος ἀκούσας τῆς Πενίας τοιαῦτα λεγούσης, ὥσπερ σχετλιάζων βοᾷ ὦ Δάματερ· εἰκότως δὲ πρὸς τὴν γῆν ποιεῖται τὸν λόγον, ὡς γεωργός.*

Ut hoc quoque e loco apparet, Ceres erat dea terrae, agriculturae magistra, institutrix domiciliorum et ordinis civilis, connubii, pacis, unde quoque *Θεσμοφόρος* Plut. adv. col. 22 nomen habet. occurrit nobis ut dea agrestis[1]), quamobrem a paganis celebratur pl. 64, schol. *εἰκότως ταύτην ὅρκον λαμβάνει ὡς γεωργός. ἡ γὰρ Δημήτηρ τῆς γῆς ἔφορος*; pl. 364, pl. 555. fit inde victus et cibi dea, *ἡ καρποφόρος βασίλεια* ran. 384, nub. 121 *εἰκότως τὴν Δήμητρα*

1) cf. Artemidori l. l. p. 67 *γεωργοῖς . . διὰ τὴν Δήμητρα καὶ γυναιξὶ διὰ τὴν Ἀφροδίτην· κοινὸν γὰρ ταῖς θεαῖς τὸ φυτόν.*

ὄμνυσιν, ἐπεὶ περὶ τροφῶν ὁ λόγος ἐστί. τούτων γὰρ ἡ θεὸς εὑρετίς (schol.), eq. 698 *τὸ δὲ ἐκφάγε εἶπε διὰ τὸν τῆς Δήμητρος ὅρκον.* huc quadrat com. anon. 4, 610 *σύκῳ μὰ τὴν Δήμητρα σῦκον οὐδὲ ἓν οὕτως ὁμοίως γέγονεν*, ubi de fructibus sermo est. nescio an huc spectet Theopomp. 1, 738, quo loco dicitur de *ὑπογάστρια ἰχθύων*, quae nescio quis miratur, cum clamet *ὦ Δάματερ.*

Ceres propria Atheniensium jamdudum dea est, *πάτριος τῶν Ἀθηναίων ἡ Δημήτηρ* etc. (schol. eq. 698); pervetus ejus Eleusine cultus erat, ubi mysteriis colebatur. apte ran. 886 Aeschylus vocat Cererem ingenii sui nutricem, quia Cereris initiationum sacra peragebantur Eleusine, unde ipse erat oriundus (Blaydes). saepissime ab Atheniensibus nuncupatur, ut lys. 271, 500, eq. 435, 461, 698, 812, 833, 1021; rustici illi Acharnenses eam Achajam vocant, ad quae schol. *Ἀχαιὰν*[1]) *δὲ τὴν αὐτὴν (ἐκάλουν) ἀπὸ τοῦ κτύπου τῶν κυμβάλων καὶ τυμπάνων τοῦ γενομένου κατὰ ζήτησιν τῆς κόρης.* vesp. 1442 respondet juramento Philocleonis *ναὶ τὰν Κόραν.* jam tractavimus heliastarum jusjurandum *νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα.* Athenienses eam nuncupant th. 225, nub. 455, vesp. 629, ekkl. 662, praesentibus mystis illis in orco ran. 668, Aeacus, 1222 Euripides, 1067 Bacchus, in quibus locis fortasse simul haec dea, ut *ἁγνῶν ὀργίων ἄνασσα* ran. 384 in mente est. parum dilucidum est Pherecr. 1, 152, ubi nescio quis se potius urticarum coronam ferre posse dicit quam audire insuave canentem.

Omnibus hisce in locis a viris tantum ejus nomen usurpatur, nec mirum in hac severa mysteriorum dea, sed

1) confer Herod. V, 61, Hesych. Etym. Magn. CIA. III, 373.

postea nonnunquam feminas eam nuncupasse videmus, ut Antiph. 2, 19 ancilla, Luc. dial. mer. 3, 314 *τί ἐρεῖς ὦ Δάματερ*, Philipp. 468 *ἀνδροφόνος Γνάθαινα: καλοί γε*, ait, *οἱ νεφροί. νὴ τὴν φίλην Δήμητρα* fortasse ob cibos per eam jurat. sed praeter Luciani locum, in quo admirantis adverbium est, rarius et apud posteriores modo nobis occurrit; neque id praetermittendum est, hisce in locis a servis pronuntiari, nunquam a femina liberali Atheniensi, quae potius jurejurando utuntur *νὴ τὼ θεώ.* saepe enim Ceres cum Persephone filia conjuncta colitur, ut *θεσμοφόρω*, earum templum quoque in arce erat, Soph. O. C. 1592, Paus. 1, 23, Thesmophorium Fritzschius (ad Th. p. 631) idem esse arbitratur quod Cereris templum, de quo Soph. et Paus. agunt, sed e th. 282 *ὦ περικαλλῆ Θεσμοφόρω* et 286 *δέσποινα πολυτίμητε Δήμητερ φίλη καὶ Φερρέφαττα* et 295 *εὔχεσθε τοῖν Θεσμοφόροιν* constare videtur, ambarum dearum templum fuisse. per quas deas Athenienses feminae saepissime jurant — schol. Luc. dial. mer. 3, 296 *αἱ θεαί· Κόρη καὶ Δημήτηρ αἱ θεαὶ . . . ὅρκος δὲ τοῦτο Ἀθηναίων, ὡς καὶ Λακεδαιμονίων οἱ Διόσκουροι . . .; νὴ τὼ θεώ* th. 875, 916, lys. 112, 147, 452, 682, 731, pl. 1006, Pherecr. 1, 164, 1, 178 *μὰ τὼ θεώ* vesp. 1396, ekkl. 155, 532, th. 383, 566, 718, 897, *ὦ πολυτιμήτω θεώ* th. 594, quae semper a feminis usurpantur. Mnesilochus quoque muliebri veste indutus libenter eas dejerat. Luc. dial. mer. 3, 296 amator amicae *κατὰ ταῖν θεοῖν καὶ τῆς Πολιάδος* jurans Atheniensium feminarum proprias deas nuncupat. dein quia ipsa Persephone inprimis in Sicilia et Magna Graecia honorabatur *ναὶ τὰν κόραν* vesp. 1438 Sybaritarum jusjurandum est. schol. *τοῖς δὲ περὶ Σικελίαν τὸ κατὰ κόρης ὀμνύειν ἐνεφιλοχώρει. ἐντεῦθεν γὰρ ὁ Ἅιδης αὐτὴν ἁρπάσαι μυθεύεται . . . δωρίζει δὲ ἐπιτηδές.*

XI. juramenta per Minervam facta.

Omnia fere, quae in Junone, dicenda esse videntur in Minervae juramentis, quae adeo ipsa quoque severa et feminarum dissimilis sit, ut in ore feminarum non inveniatur. valde igitur dubitari posset, num tam saepe nobis occurreret, nisi Athenarum urbis patrona esset. in Arist. *νὴ τὴν Ἀθηναίαν* p. 218 semel est, paulo post admodum frequentatum, ut

νὴ τὴν Ἀθηνᾶν Nicostr. 2, 227, Alexid. 2, 370, Philem. 2, 500, Luc. pseudolog. 3, 183. *μὰ τὴν Ἀθηνᾶν* Alexid. 2, 387 *καὶ θεούς. μὰ τὸν Δία | τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν* ibid. 381, *μὰ τὴν ἀναίσχυντον Ἀθηνᾶν καὶ τὸν μέγαν θηριομάχον Ἡρακλέα* Luc. lexiph. 2, 344. *μὰ τὴν Ἀθηνᾶν* Jup. trag. 2, 683. *πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς* Luc. pisc. 1, 618, pseudosoph. 3, 580. *ὦ πότνια δέσποιν' Ἀθηναία* p. 271, *ὦ πότνια Παλλὰς καὶ θεοί* ekkl. 476, *ὦ Πολιάς* pisc. 1, 591.

Est igitur patrona urbis Athenarum, *πολιάς* Luc. pisc. 1, 591, cf. quae Lehmann huc in adnotatione collegit, eq. 763 *τῇ μὲν δεσποίνᾳ Ἀθηναίᾳ, τῇ τῆς πόλεως μεδεούσῃ εὔχομαι*, p. 218 *νὴ τὴν Ἀθηναίαν μὰ Δί' οὔ*, ad quae Meinecke contendit: ‚*νὴ τὴν Ἀθηνᾶν. νὴ Δί' οὐχὶ πειστέον*: trisyllabae formae *Ἀθηνᾶ* cum nullum in antiqua Atthide exemplum reperiatur et duorum juramentorum conjunctio admodum insolens sit, recte me correxisse existimo‘. qua in quaestione stamus a Meineckii partibus, quamquam non tam insolens est coacervatio juramentorum, cf. ach. 94 *ὦναξ Ἡράκλεις πρὸς τῶν θεῶν*, Luc. tim. 1, 126 *ὦ Ζεῦ πρὸς Διός*, Antiph. 2, 20 *νὴ Δί' ὦ Ζεῦ.* Bergk *νὴ τὴν Ἀθηνᾶν* cancellis sepsit, nescio an hac juramentorum conjunctione et ipse perterritus, tamen egregie huc quadrat;

respondet enim jurijurando Spartanorum, qui antea jurantes ναὶ τὼ σιώ introducuntur, ad quae Athenienses non temere νὴ τὴν Ἀθηναίαν pronuntiant. πολιάς deinde est ach. 828, p. 271 ὦ πότνια δέσποιν᾽ Ἀθηναία, schol. ταύτῃ εὔχεται, ὅτι τῶν Ἀθηναίων ἡ θεός. ekkl. 476. ubi quod de urbis salute sermo fortasse est, usurpatur ὦ πότνια Παλλὰς καὶ θεοί, tamen aliter quoque intelligi posse postea videbimus. huc quoque quadrat Alexid. 2, 381, quo loco adulator attico jurejurando utitur μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν: ita philosophus Atheniensis jurat Luc. conv. 3, 440 κατὰ τοῖν θεοῖν καὶ τῆς Πολιάδος. sed praeter ea dea etiam est artificiorum, prudentiae, sapientiae, veritatis. ἐργάνη Plut. conv. qu. 3, 6, 4 quare invocatur ekkl. 476, ὅσ᾽ ἂν ἀνόητ᾽ ἢ μῶρα βουλευσώμεθα | ἅπαντ᾽ ἐπὶ τὸ βέλτιον ἡμῖν ξυμφέρειν. Χρ. καὶ ξυμφέρει γ᾽ ὦ πότνια Παλλὰς καὶ θεοί. Nicostr. 2, 227 οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ᾽ ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ nescio an hujus versus satis perspicua veritas ironice celebratur, cum alter dicat νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, συντόμως γε, φίλτατε | Εὐριπίδη, τὸν βίον ἔθηκας εἰς στίχον. Alex. 2, 387 post Amoris tam pulchram descriptionem μὰ τὴν Ἀθηνᾶν καὶ θεοὺς, οὐκ οἶδ᾽ ὅτι ἐστίν. communes sententiae approbantur in Alexid. 2, 370, Philem. 2, 500 παῖσαι πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς Luc. pseudosoph. 3, 580 est, cum de σολοικισμῷ, inepte dicendo, verba fiunt, et Luc. lexiph. 2, 340 apte in jur. μὰ τὴν ἀναίσχυντον — quam nemo pudore afficiet — Ἀθηνᾶν καὶ τὸν μέγαν θηριομάχον Ἡρακλέα dea sapientiae et deus stultitiae conjunguntur. Luc. pseudol. 3, 183 in incredibile quid narrando quis νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, αἰσχύνομαι διηγεῖσθαι pronuntiat.

Cum sit dea admodum severa et magis ad viros propensa, tutrix Athenarum, patrona sapientiae, semper viros per eam jurantes videmus.

Contra feminarum semper in ore versatur juramentum per Dianam.

XII. juramenta per Dianam facta.

νὴ τὴν Ἄρτεμιν th. 517, 569, 742; lys. 435, 922, 949; ekkl. 90, 136; νὴ τὴν Φωσφόρον[1]) lys. 443, 738; Antiph. 2, 35 = νὴ τὴν Ἄρτεμιν Eriph. 2, 429; νὴ τὴν Ταυροπόλον[2]) lys. 447; Ἄρτεμι, φίλη δέσποινα .. ὦ πότνια Phil. 2, 495.

Feminarum propria dea est, Mnesilochus quoque mulieris speciem adsimulans eam jure nuncupat th. 517, 569; ita feminae lys. 435, 443, 447, 738, Antiph. 2, 35 = Eriph. 2, 429 mulier de Hesperidum aureis malis dicens, ekkl. 90, 136, Philem. 2, 495 de sacrificio feminae verba faciens. hisce omnibus in locis invocatur sive quod propria virginitatis patrona est — Epicrat. 2, 285 lena ἐπομνύουσα τὰν Κόραν, τὰν Ἄρτεμιν, τὰν Φερρέφατταν puellam quandam virginem esse adfirmat, sive quod εἰλείθυια est. Men. 4, 82 αἱ κυΐσκουσαι ἐπικαλοῦνται τὴν Ἄρτεμιν ἀξιοῦσθαι συγγνώμης ὅτι διεκορήθησαν, dein de Diana Eileithyia affert Roscher l. c. p. 571 „bei Homer .. sind Artemis und Eileithyia noch getrennt .. zur Zeit der attischen Tragiker ist die Vermischung von A. und E. bereits vollzogen ... zumal in Böotien findet der Kult der A. E ... grosse Verbreitung ... ja die Eileithyien (vervielfacht wie die Moiren, Hecate, Eros u. s. w.) können nun ihrerseits

1) schol. lys. 443 τὴν Ἄρτεμιν οὕτως ἐκάλουν, ἐπεὶ δᾳδοῦχος. ἡ αὐτὴ γὰρ τῇ Ἑκάτῃ — ἢ ἐπεὶ καὶ τῇ σελήνῃ ἡ αὐτή.

2) schol. lys. 447: οὕτω τὴν Ἄρτεμιν ἐκάλουν. τὴν δὲ αἰτίαν Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν ἐκτίθεται. ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ τὴν Ἀθηνᾶν οὕτω καλοῦσιν. cf. Roscher, ausführl. Lex. d. griech. u. röm. Myth. 1, 567.

Ἀρτέμιδες genannt werden". Plut. conv. qu. 3, 10, 3 *οἶμαι καὶ τὴν Ἄρτεμιν λοχείαν καὶ Εἰλείθυιαν οὐκ οὖσαν ἑτέραν ἢ τὴν σελήνην ὀνομάσθαι.* quam arcte luna secundum antiquos cum muliebri sexu cohaereat, inter omnes constat. itaque non mirum est, quod utpote dea ‚des weiblichen Geschlechtslebens', ut vernacule dicamus, a virginibus, in concubitu lys. 738, 922, 949, Men. 4, 82, in partu th. 742 invocatur. Mnesilochus quoque non temere de mulierum nequitia ac lubidinibus disserens per eam jurat.

XIII. juramenta per Hecaten facta.

Veniamus inde ad Hecaten, qua de dea Roscher l. c. p. 571: „bei Homer wird H. gar nicht erwähnt . . . . Aeschylus (*Ἄρτεμιν δ' Ἑκάταν* suppl. 696 vergl. frgm. 158 Ddf.) dem Euripides (*παῖ Λατοῦς Ἑκάτα* Phön. 110 . . . .) folgt, bereits ein Beispiel von der Identificirung der Artemis und Hecate . . . . ."; schol. lys. 443 *ἡ αὐτὴ (Ἄρτεμις) γὰρ τῇ Ἑκάτῃ, ἢ ἐπεὶ καὶ τῇ σελήνῃ ἡ αὐτή.* nomen *φωσφόρος*, quod illi proprium est, saepius transiit ad Dianam, ut pro Antiph. 2, 35 *νὴ τὴν Φωσφόρον*, cum imitaretur ejus fragm. Eriphus 2, 429 *νὴ τὴν Ἄρτεμιν* poneret. per hanc deam invenimus juramenta facta *νὴ τὴν Ἑκάτην* ekkl. 70, 1097, th. 858 *τὴν φωσφόρον*, pl. 764, *μὰ τὴν Ἑκάτην* pl. 1070, Plut. brut. anim. rat. uti 1. saepe ejus nomen penes feminas est; ut pl. 764 (schol. *καθὰ γυνὴ Ἑκάτην ὀμνύει*); th. 858, ekkl. 70, 1097, ubi vetula illa juvenem ad se cogere vult, pl. 1070 Chremylus cum anu colloquens. hujus deae mysteria in Samothrace p. 277 commemorantur; cum sit dea satis arcana, et veneficiis cantionibusque praesit, a Carionis uxore th. 858 usurpatur, cum miracula de Pluti sanatione narrata audie-

rit. apte quoque Ulixes Plut. brut. anim. rat. uti 1 Circen, veneficam illam per suae artis praesidem, ut amicos sanet, perorat. *χθονία* quoque appellatur et *Ἔμπουσα. χθονία Ἑκάτη* (Ar. fgm. 2, 521) *σπείραις ὄφεων ἐλιλιζομένη. B. τί καλεῖς τὴν Ἔμπουσαν; Ἔμπουσα* quoque ran. 293 in orco Baccho obversari videtur, ad quod schol. *ἔνιοι δὲ (τὴν Ἔμπουσαν) τὴν αὐτὴν τῇ Ἑκάτῃ* . . . . Empusa ipsa postea derivata esse videtur, ut e deae cognomine dea ipsa in orco fieret.

Est igitur Hecate dea lunae — quare saepissime cum Diana coalescit — veneficii et artis magicae.

XIV. juramenta per Venerem facta.

Accedamus nunc ad Venerem, per quam juratur in formulis

νὴ τὴν Ἀφροδίτην th. 254, lys. 858, 939, ekkl. 189, 558, 981, 1008, 1136, Nicostr. 2, 229, lys. 556 *νὴ τὴν Παφίαν Ἀφροδίτην*, Luc. amor. 2, 458 *νὴ τὴν Κνιδίαν Ἀφροδίτην*, — *μὰ τὴν Ἀφροδίτην* lys. 208, 252, 749, ekkl. 999, pl. 1069, Luc. dial. mer. 3, 310. *πρὸς . . . τῆς Ἀφροδίτης* Luc. am. 2, 398, *πρὸς Πανδήμου* pseudolog. 3, 171. — *ὦ πότνια Κύπρου καὶ Κυθήρων καὶ Πάφου μεδέουσα* lys. 833, *ὦ δέσποινα πόντια Κύπρι* Xenarch. 2, 469, *δέσποινα* Luc. am. 2, 418.

Venus, regina Cypri, Cytherorum, Paphi (lys. 833), *Κυπρογένεια* (ib. 551), *Παφία* (556), *Κνιδία* (Luc. am. 2, 458), cum sit dea fertilitatis et fecunditatis naturae [1]) et feminarum, in harum juramentorum non exiguum locum obtinet. nam quia est totius generis feminini praeses et repraesentans, cum a viris, si muliebre quid in mentem venit, tum a feminis amorem concupiscentibus nuncupatur. ita Mnesilochus th. 254 de *κροκωτῷ* muliebri dicit *νὴ τὴν*

1) cf. Artemidori l. I, p. 67.

Ἀφροδίτην. ἡδύ γ' ὄζει ποσθίου. apte igitur in dialogis, qui amorem tractant, hujus deae mentio fit, ut Luc. am. 2, 398 πρὸς αὐτῆς ἀντιβολοῦμεν Ἀφροδίτης et ibid. 418 σέ, δέσποινα τῶν ὑπὲρ σοῦ λόγων, Ἀφροδίτη, σὲ βοηθὸν αἱ ἐμαὶ δεήσεις καλοῦσιν. „Die edlere, reinere Liebe, welche zur Vollendung in der Ehe führt (τέλος θαλεροῖο γάμοιο), vertritt vorzugsweise Aphrodite Οὐρανία, den gemeinen, rein sinnlichen Trieb aber die Aphrodite Πάνδημος“ (Roscher p. 399). tamen in dialogis, in quibus mulieres per eam jurant, vix deae uraniae obsecratio est, recteque in Luc. dial. mer. 29 a μὰ τὴν οὐρανίαν et 296 θῦσαι μὲν τῇ Πανδήμῳ δεήσει λευκὴν μήκαδα, τῇ Οὐρανίᾳ δὲ ἐν κήποις δάμαλιν schol. ad hunc locum adfert ἀμφότεραι πόρναι, ἡ μὲν Πάνδημος, ἡ δὲ Οὐρανία . . .; et quamquam in priore loco verba meretricis pudicitia quadam adfectae sunt, tamen in meretricis ore versantur, ut multis aliis locis. etiam in lys. 858 et 939, in quibus Lysistrata et tum Myrrhina ipsa Cinesiae amore flagranti per hanc deam jurant, vix deam uraniam flagitari e toto comoediae argumento apparet. omnino omnes in comoediis versantes feminae non ejusmodi sunt, a quibus mentionem sinceri et puri amoris expectes. hisce fere omnibus in locis est Venus Vulgivaga, Πάνδημος, meretricum et lenarum dea. ita ekkl. 999 vetula μὰ τὴν Ἀφροδίτην ἥ μ' ἔλαχε κληρουμένη — schol. ὡς ἑταίρα οὖσα τοῦτό φησιν — amoris cupida, ekkl. 981, 1008, pl. 1069 salaces feminae, Xenarch. 2, 469 ὦ δέσποινα πόντια — πόντια = ἁλιγενής Plut. qu. conv. 5, 10, 4 — Κύπρι fortasse lena de adulteriis juvenum et Draconis in adulteros legibus latis loquens eam nuncupant. lena quoque in Nicostr. 2, 229 νὴ τὴν Ἀφροδίτην, ὦ ξένη, βλοσυράν τε τὴν ψυχὴν ἔχεις verba facere videtur, in quo loco ridiculi quid inest,

quod per tam mollem et effeminatam deam virilis puellae animus comprobatur. vulgivaga Venus deinde est in Luc. pseudol. 3, 171 πρὸς Πανδήμου καὶ Γενετυλλίδος καὶ Κυβήβης, et lys. 208, 252, ubi Calonice, quae omnino satis amori dedita est, et 833 femina amore inflammatum Cinesiam accurrentem videns per eam jurant. similiter intellegenda sunt lys. 556, ekkl. 558, 1136; apte quoque lys. 749 illa femina, libidine instigata, sed graviditatem adsimulante et se masculum puerum parituram esse confidente, per cupidinis deam jurat Lysistrata. genuinam mulierum obsecrationem fuisse inde quoque elucet, quod ekkl. 189 mulier Venerem in contione virorum adsimulatorum, ut ita dicam, invocans propter hanc muliebrem formulam vituperatur. id unum adjungamus, ejus cognomen Κωλιάς lys. 2 commemorari, ad quod schol. Κωλιάδος Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐν τῇ Ἀττικῇ. ὁ δὲ τόπος καλεῖται Κωλιάς.

XV. juramenta per Vestam facta.

Saepius deinde vocatur Vesta: νὴ τὴν Ἑστίαν Antiph. 2, 87, Eubul. 2, 184 πρὸς τῆς Ἑστίας pl. 395, Anaxandr. 2, 156, Diphil. 2, 568, Luc. philops. 3, 34, conv. 3, 439, hermot. 1, 776.

De hujus deae vi cf. schol. pl. 395: ἡ Ἑστία θυγάτηρ ἦν Κρόνου, καταρχὰς τὴν οἰκίαν εὑροῦσα, ἣν ἐντὸς τῶν οἴκων ἔγραφον, ἵνα τούτους συνέχῃ, καὶ τῶν οἰκούντων εἴη φύλαξ . . ., est dea foci familiaris et domus ipsius. amicitiae igitur et affinitatis patrona inde fiebat, Luc. schol. philops. 3, 34 τὴν Ἑστίαν εἰς ὅρκον παρέλαβεν, ὡς κάτοικον αὐτοῦ πυνθανόμενος καὶ τὸ πρόχειρον κατὰ τῆς ἐφεστίου ἐσχάρας αὐτὸν ἐξορκῶν, et hermot. 1, 776 φίλον ὄντα κατὰ τῆς Ἑστίας ἐξορκοῖ. αὕτη γὰρ καὶ πρὸς τὸ εἶναι ἡμᾶς αἰτιᾶται, καθ' ἃ καὶ Πλάτων ἐν Κρατύλῳ ἐτυ-

μολογῶν αὐτὴν ἀποφαίνεται καὶ πρὸς φιλίαν αὐτὴ συνάγει. ita pl. 395 Blepsidemus amicum Chremylum interrogat, num Plutus in domus foco sit, foci deam nuncupans. ab ea satis augusta dea auspicantur omnia sacrificia, vel Jovi praeponitur. av. 865 εὔχεσθε τῇ Ἑστίᾳ τῇ ὀρνιθείῳ καὶ τῷ ἰκτίνῳ τῷ ἑστιούχῳ καὶ ὄρνισιν ὀλυμπίοις καὶ ὀλυμπίῃσι πᾶσι καὶ πάσῃσιν, ubi ἐμιμήσατο τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔθη. καὶ γὰρ ἔθος ἀπὸ τῆς Ἑστίας ἀπάρχεσθαι (ἐν ταῖς θυσίαις), ἔμιξε δὲ τὰ ἐπίθετα τῶν θεῶν τοῖς ὀρνέοις, Ἑστίᾳ ὀρνιθείῳ καὶ ἰκτίνῳ ἑστιούχῳ (schol.). unde ortum est proverbium: a Vesta incipere vesp. 846 ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος, cf. schol. et Pl. Euthyphr. 3a ἀφ' ἑστίας, schol. ἐπεὶ ἔθος ἦν τῇ Ἑστίᾳ πρώτῃ τῶν ἄλλων θεῶν θύειν . . . ἔθος γὰρ ἦν τῇ Ἑστίᾳ τὰς ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι. denique exstant nonnulli loci, in quibus coqui, qui ipsi cum ignis focique dea arcte cohaerent, eam appellare videntur: saepius quoque de edendo sermo est, ut Eubul. 2, 184, Antiph. 2, 87: Anaxandr. 2, 156 de Polyeucto, qui comederat divitias, Luc. conv. 3, 439 Hermon amicum Aristaenetum, ut Hetoemocli prandium mittat, per eam obsecrat. obscurius est Diphil. 2, 568 quo loco de poculis agunt nescio an coqui.

Vesta dea a viris semper nominatur, qua in re in memoriam revocandus est usus, quem in Junonis et Cereris nominibus obtinuisse vidimus.

XVI. juramenta per reliquas deas facta.

Postremo verba faciamus de deabus, non tam praeclaris in dearum serie, per quas juratur, ut de Genetyllide.

ὦ πότνιαι Γενετυλλίδες th. 130, schol. nub. 52 Γενετυλλὶς ἡ τῆς γενέσεως ἔφορος Ἀφροδίτη. οἱ μὲν τῶν περὶ τὴν Ἀφροδίτην ἀξιοῦσι θεῶν μίαν εἶναι διὰ τὸ γενέσεως αὐτὴν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις αἰτίαν προϊσταμένην τῶν γά-

μων καὶ τῶν ἐπὶ τοῖς γάμοις μυστηρίων . . schol. lys. 2 ἡ Γενετυλλὶς δὲ γυναικεία θεὸς περὶ τὴν Ἀφροδίτην ἀπὸ τῆς γενέσεως τῶν παίδων ὠνομασμένη, schol. th. 130. δαίμων ἡ Γ. περὶ τὴν Ἀφροδίτην. φασὶ δὲ παρὰ τὴν γέννησιν πεποιῆσθαι τὸ ὄνομα. τινὲς δὲ περὶ τὴν Ἄρτεμίν φασιν αὐτὰς τῶν τοκετῶν ἐφόρους . . verisimile est Genetyllidem cognomen Veneris fuisse, deinde more graeco tanquam peculiarem deam absolutam. pluralis th. 130 jocose a Mnesilocho nuncupatur, cum audiat Agathonis θηλυδριῶδες μέλος et muliebri veste indutum poetam videat.

Propriae deinde partuum deae sunt Eileithyiae, quae invocantur a parturientibus, lys. 742 ὦ πότνιαι Εἰλείθυιαι, schol. ekkl. 369 αἱ ὠδίνουσαι ἐπικαλοῦνται τὴν Εἰλείθυιαν, per jocum quoque a graviter cacante ekkl. 369 ὦ πότνια Εἰλείθυια imploratur. de quibus conferas quaeso quod in Junone et Diana investigandis disseruimus.

Saepius quoque nobis occurrunt juramenta per Gratias data, ut

νὴ τὰς Χάριτας nub. 773, Luc. quom. hist. conscr. 2, 34. πρὸς Χαρίτων Pl. Theaet. 152c, Plut. am. 18, Luc. Alex. 211, ikaromen. 751, quom. hist. conscr. 2, 19, ὦ Χάριτες Luc. dial. mer. 3, 317, ὦ φίλαι Χάριτες Plut. qu. conv. 7. Gratiae sunt deae, sine quibus nihil jucundi, nihil venusti, nihil festivi sit, id quod praecipuum decus est mulierum (Bl. ad th. 300). quare Luc. dial. mer. 3, 317 amica se militem illum cruore adspersum deosculaturam esse per eas negat, et Socrates nub. 773 eas dejerat, schol. ὄμνυσι τὰς Χάριτας, ὅτι σοφῶς τοῦτο τὸ νόημα ἐπενόησε τὸ τῆς τοῦ χάρτου τεφρώσεως. Χαρίτων γὰρ ἔργα καὶ δῶρα σοφία. fortasse quoque hoc admodum inusitato juramento alluditur ad Gratiarum statuas, quas Socrates fecerat. Socrates in Pl. Theaet. 152c eas quoque dejerat, sunt

enim deae, quae docent doctrinam elegantiae et venustatis recte intellegendae, quamobrem saepius a philosophis invocantur. in Plut. conv. qu. 7 nescio an respiciens ad Socratem, cujus simul mentio fit, philosophus eas appellet.

Nonnunquam per Adrasteam juramenta fiunt, ut *ὦ φίλη Ἀδράστεια* Luc. dial. mer. 3, 293. 294, *Ἀδράστεια φίλη* Luc. pseudol. 3, 186, et commemoratur Pl. Phaedr. 248 c, Luc. ap. 1, 714, conv. 435, mer. dial. 3, 312, aliisque in locis. qua de dea Suid. *Ἀδράστεια Νέμεσις, ἣν οὐκ ἄν τις ἀποδράσειεν. „Α. αὐτῷ Νέμεσις τιμωρὸς ὑπερόγκων καὶ ἀχαλίνων λόγων ἠκολούθησεν“ . . ἔνιοι μέντοι ὡς διαφέρουσαν συγκαταλέγουσιν αὐτὴν τῇ Νεμέσει* . . schol. Phaedr. 248 c *ἡ πάντων ὁμοῦ τῶν νόμων τὰ μέτρα ἐν ἑαυτῇ συλλαβοῦσα καὶ συνέχουσα αὕτη ἐστὶν ἡ Ἀδράστεια* et schol. pol. 451 a. schol. Luc. dial. mer. 293 *Ἀδράστειαν λέγουσι δαίμονα εἶναι τοῖς πάνυ μεγάλα ἐγκαυχωμένοις ὑπονεμεσῶσαν*, Luc. ib. 312 *ἔστι τις θεὸς ἡ Ἀδράστεια καὶ τὰ τοιαῦτα ὁρᾷ* (scil. amicae dolorem ab amico superbo excitatum). Adrastea igitur vel Nemesis, (Roscher l. c. p. 77) est ultrix superbiae et arrogantiae, quare glorians Hetoemocles conv. 3, 435 de suo ingenio *ἀπείη δὲ ἡ Ἀδράστεια* clamat. omnino invocatur, si quis extra modum quid dixerit.

Semel invenimus postremo th. 533 *μὰ τὴν Ἄγλαυρον* (hanc formam habent Paus. Harpokr. Hesych. Suid. Ov. — altera form. *Ἄγραυλον* Apollod. Steph. B.) et lys. 439 *νὴ τὴν Πάνδροσον*; schol. lys. *θυγατέρες Κέκροπος Πάνδροσος καὶ Ἀγραύλη. ἐκ τῆς Πανδρόσου δὲ καὶ ἡ Ἀθηνᾶ Πάνδροσος καλεῖται*, schol. th. *κατὰ τῆς Ἀγραύλου ὤμνυον, κατὰ δὲ τῆς Πανδρόσου σπανιώτερον, κατὰ δὲ τῆς Ἕρσης* (tertia Cecropis filia) *οὐχ εὑρίσκομεν*. de earum templo cf. Ov. Met. II, 737, Paus. 1, 27, 2, Curtius l. c. XLIV.

per eas Athenienses feminae in arce versantes jurant. de Agraulo, Cecropis uxore, saepe cum filia Aglauro confusa cf. Blayd. th. 553.

μὰ τὴν Θέμιν Luc. Jup. trag. 2, 664 Momus in certamine jurat.

πρὸς τῶν Μοιρῶν καὶ τῆς Εἱμαρμένης Luc. Jup. confut. 2, 629 et *μὰ τὸν τῆς Κλωθοῦς ἄτρακτον* ib. 630 Clothus fusum cyniscus de parcis et fato cum Jove disserens apte nuncupat.

πρὸς τῆς Ἴσιδος Luc. navig. 3, 259, leginius quod de Aegypto et simul de Adeimanti nave Iside agitur.

πρὸς τῆς Λιβανίτιδος Luc. adv. indoct. 3, 101 fortasse Veneris est invocatio.

δέσποινα Νίκη lys. 317 viri in arce oppugnanda.

καὶ μὰ τὰς Νύμφας Eupol. 1. 275 in baptis, in quibus Eupolis Alcibiadem tanquam sectae deae Cotyttus, *βάπται* quae dicebatur, participem castigabat, cf. quae Lehrs, populäre Aufsätze aus dem Alterthum [2], p. 397 contendit: „Eupolis hatte in einer Komödie den Alcibiades verspottet wegen seiner Theilnahme an den für unzüchtig geltenden Orgien der thracischen Göttin Kotytto . . ., man nannte die Theilnehmer *βάπται*, die Taucher oder Täufer, und so hiess auch jene Komödie, weil jene sacra mit einer Lustration der Eingeweihten, die durch ein Bad geschah, verbunden waren oder verbunden sein sollten“ . . ., apte igitur hoc jusjurandum ad balneum illum quadrat, quia Nymphae aquarum deae sunt.

XVII. juramenta per res facta.

Sed non modo per deos deasve jurant homines, sed saepissime etiam per res, ut

νὴ τὸν οὐρανόν pl. 129, 267, 365. 403, eq. 705, Luc.

Prom. 1, 191, Timocl. 4, 599, Philipp. 4, 476. Saturni ipsius personam ante mentem versari non absonum esse videtur pl. 267. ubi in homine spadone apte Saturnus ipse spado in mentem venit, et Luc. Prom. 1, 191 quo loco Prometheus per eum, ipsius patrem dejerat. ceteris autem in locis metonymice usurpatum caelum significat, uti pl. 403 Chremylus caelum nominat, *διὰ τὸ λαμπῶδες τοῦ οὐρανοῦ τοῦτον ὄμνυσι πρὸς τὸ τυφλόν* (schol.). pl. 129 Chremylus de Jovis regno loquens sedem nuncupat. dein non tam clara eq. 705, pl. 365 sunt.

νὴ τὸν ἥλιον Alexid. 2, 386, Men. 4, 166, Arched. 436 juratur, primo loco sol, dierum causa, nominatur, ceteri ambigui sunt.

μὰ γῆν, μὰ κρήνας, μὰ ποταμούς, μὰ νάματα Antiph. 2, 128, Timocl. 2, 466, quibus de juramentis Plut. mor. 845b *προελθών*, ait, *δὲ πάλιν* (*Δημοσθένης*) *εἰς τὰς ἐκκλησίας νεωτερικῶς τινα λόγον διεσύρετο* .... Plut. Dem. 9 *Ἐρατοσθένης μέν φησιν αὐτὸν ἐν τοῖς λόγοις πολλαχοῦ γεγονέναι παράβακχον, ὁ δὲ Φαληρεὺς Δημήτριος τὸν ἔμμετρον ἐκεῖνον ὅρκον ὀμόσαι ποτὲ πρὸς τὸν δῆμον ὡς ἐνθουσιῶντα κτλ.*, *μὰ τὴν γῆν* p. 1117 ‚Cererem intellegere vult vates famelicus, quae apud Orph. Hymn. 39, 7 *θνητῶν θρέπτειρα προπάντων* appellatur (B)', recte quidem praesertim quod simul de edendo sermo est. Ephipp. 2, 256, Anaxil. 2, 265, Theophil. 2, 474, Straton. 4, 456 *μὰ τὴν γῆν*, Epicrat. 2. 287 *πρὸς γᾶς*, Nicostr. 2, 220 *ὦ γῆ καὶ θεοί*, nub. 366 *πρὸς τῆς γῆς* omnibus hisce in locis valet illud schol. av. 194 *μὰ νεφέλας· οὕτω δὲ τὰ προστυχόντα ὤμνυον* et Suid. *ναὶ μὰ τόν· οἱ ἀρχαῖοι οὐ προπετῶς κατὰ τῶν θεῶν ὤμνυον, ἀλλὰ κατὰ τῶν προστυχόντων*, cujus usus permulta exstant exempla, quae tamen in tertiae partis loco, ubi de juramentis per res agimus, enumeramus.

C. regulae, quae in usu formularum et juramentorum statuendae sunt.

Veniamus igitur ad tertiam partem quaeque leges et regulae in usu formularum statuendae sint, contemplari nobis liceat.

I. omnes dei invocantur:

a) in eis formulis, in quibus universitas eorum tantum nuncupatur, ut *ὦ* (*πολυτίμητοι, φίλοι*) *θεοί, πρὸς* (*τῶν, πάντων*) *θεῶν, νή, μά, καὶ μὰ τοὺς θεούς*. versantur in generalioribus sententiis, aut si in re, propter quam quis juret, non multum ponderis inest, aut si nemo potissimum ex eorum serie in mente est. saepissime deae quoque adponuntur, certe religione quadam, ne quis neglectus juranti damno sit, *μὰ τοὺς θεοὺς καὶ θεάς*. Luc. bis acc. 823 rhetorice *τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις* Demosthenis de corona orationem imitans. similiter Latini: saepius apud Petronium occurrit dii deaeque, veluti c. 115 (p. 82, 2 Büchl.).

Sed juramenti auctoritati jam antiquitus a Graecis parum fidei adhibitum esse permultis exemplis perpatet. vocemus in memoriam, quomodo verba jurisjurandi saepe presserint, quantasque reservationes, ut ita dicam, mentales in juramento sibi permiserint. itaque si gravitas quaedam posita sit in ea re, quam alter dejeraturus est, non tam indefinitum postulatur, sed paulo certius sacramentum, quare

α) omnes deos jurans adjungit uni e grege deorum exemto, qui tunc proprius juramenti custos ultorque perjurii sit, ut *θεοὶ Ζεῦ σῶτερ, ὦ Ζεῦ πάτερ καὶ θεοί, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοί, ἄναξ Ἄπολλον*

καὶ θεοί, ὦ Ποντοπόσειδον καὶ θεοὶ πρεσβυτικοί. admodum cautum est Phaedr. 279 b *ὦ φίλε Πάν τε καὶ ὅσοι ἄλλοι τῇδε θεοί;* rarius haec formulae cum *νή, μά, πρός* compositae sunt. *μὰ τὴν Ἀθηνᾶν καὶ θεούς, μὰ τὸν Δία τὸν μέγαν καὶ τοὺς θεούς.* videlicet proprius deorum princeps Jupiter maxime eligebatur. nonnunquam duo aut complures adjunguntur, ut av. 865 *εὔχεσθε τῇ Ἑστίᾳ τῇ ὀρνιθείῳ καὶ τῷ ἰκτίνῳ τῷ ἑστιούχῳ καὶ ὄρνισιν ὀλυμπίοις καὶ ὀλυμπίῃσι πᾶσι καὶ πάσῃσιν.* ubi jocosa precis imitatio est. et Xen. Cyr. 8, 7, 3 *ὦ Ζεῦ πατρῷε καὶ Ἥλιε καὶ πάντες θεοί,* pl. 81 *ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες καὶ Ζεῦ.*

β) aut omnes deinceps deos deasque jurans pernumerat, qui quidem usus nisi in sollennibus occasionibus, ut in foederibus iciendis et publicis precibus non valet. quadrat huc vetustum illud sacramentum magistratuum Drerensium *ὀμνύω τὰν Ἑστίαν τὰν ἐμ Πρυτανείῳ καὶ τὸν Δῆνα τὸν ἀγοραῖον καὶ τὸν Δία τὸν Ταλλαῖον καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Δελφίνιον κτλ.* (cf. K. Fr. Hermann. antiqu. gr. p. 475) et juramentum Smyrnaeorum et Magnesianorum *ὀμόσαι τοὺς μὲν ἐμ Μαγνησίᾳ κατοίκους τόνδε τὸν ὅρκον· ὀμνύω Δία, Γῆν, Ἥλιον, Ἄρη, Ἀθηνᾶν Ἀρείαν, καὶ τὴν Ταυροπόλον καὶ τὴμ μητέρα τὴν Σιπυλήνην καὶ Ἀπόλλω τὸν ἐμ Πάνδοις καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς πάντας καὶ πάσας, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως Σελεύκου τύχην.* (cf. Boeckh, CIGr. No. 3137, 59.)

γ) aut saepius omittit deorum universitatem et per singulos deos jurat; inprimis libenter tres dei componuntur, quibus in obsecrationibus tunc satis gravitatis inest. cf. Hermanni in ant. gr. locum: „bei solchen Gebeten, die nicht gerade einem bestimmten Cultus angehörten, scheint die Sitte gern 3 Götter verbunden zu haben". schol. Il.

15, 36 *διὰ τριῶν δὲ ἦν ἔθος ὀμνύναι, ὡς Δράκων ἔταξε, Δία, Ποσειδῶνα, Ἀθηνᾶν. οἱ δὲ Δία Ποσειδῶνα, Δήμητρα, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους καὶ ὁ ποιητὴς Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον, καὶ Ζεὺς ξενίη τε τράπεζα ἱστίη τ' Ὀδυσῆος* (Od. 4, 158); Pollux. 8, 142 *Σόλων τρεῖς θεοὺς ὀμνύναι κελεύει Ἱκέσιον, Καθάρσιον, Ἐξακεστήριον,* similiter Aesch. Sept. 42 *Ἄρης, Ἐνύω Φόβος,* Polyb. 7. 9, 2 *Ζεύς, Ἥρα, Ἀπόλλων* etc. hujusmodi juramenta, in quibus sacro illo numero fides valde augeatur, compluria exempla habemus, ut *Ἄπολλον, Ὧρε καὶ Σαβάζιε* Theophil. 2, 475: *ὦ Ζεῦ τεράστιε καὶ φίλοι Κορύβαντες καὶ Ἑρμῆ κερδῷε* Luc. tim. 1, 152; *ἀλεξίκακε Ἡράκλεις καὶ Ζεῦ ἀποτρόπαιε καὶ Διόσκουροι σωτῆρες* Luc. Alex. 2, 210; *ὦ Κρόνε καὶ Ἰαπετὲ καὶ σὺ Γῆ μῆτερ* Luc. Prom. 1, 187; *νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα* eq. 941 (cf. Fraenkel Herm. XVI, 464, der att. Heliasteneid); *ἐπομνύουσα τὰν Κόραν, τὰν Ἄρτεμιν, τὰν Φερρεφάτταν* Epicr. 2, 285; *πρὸς Πανδήμου καὶ Γενετυλλίδος καὶ Κυβήβης* Luc. pseudol. 3, 171; *τὸν Δία, τὸν Ἑρμῆν, τὸν Ποσειδῶ* nub. 1234; *Διί πλουτοδότῃ καὶ Ἑρμῇ δώτορι καὶ Ἀπόλλωνι μεγαλοδώρῳ* Luc. sat. 3, 397; *τοὺς τρεῖς θεοὺς Δία καὶ Ἀπόλλωνα καὶ Θέμιν ἀπομόσας* Pl. leg. 936 e. ter quoque Xanthias ran. 305 sq. Baccho juratur *νὴ τὸν Δία, νὴ Δί', νὴ Δία. Πὰν Κωλιὰς Γενετυλλίς* lys. 2 conjunguntur. nonnunquam quatuor quoque cumulantur ekkl. 1068 *ὦ Ἡράκλεις, ὦ Πᾶνες, ὦ Κορύβαντες, ὦ Διοσκόρω.* videlicet non temere dei componebantur, sed certi quidam, qui cum re, propter quam nuncupabantur, aliquo modo cohaereant, ut Epicr. 2, 285 virginitatis deae, Pl. leg. 936 e judiciales dei, eq. 941 (heliastarum sacramentum) proprii Atheniensium dei; sic eq. 1234 invocantur Jupiter ut supremus deorum, Mer-

curius ut in re pecuniaria, Neptunus, quia emptus est equus (Bl).

Saepe etiam dei alicujus tria cognomina aut tres qualitates connectuntur, ut *Ἱκέσιος, Καθάρσιος, Ἐξακεστήριος* Jovis, et *Πάνδημος, Γενετυλλίς, Κυβήβη* Veneris cognomina tanquam numina ipsa implorantur.

II. Nunc quod adtinet ad juramenta per singulos deos facta, agamus. comprobamus, quod Hermann l. c. adfert: „welche Gottheit freilich in den einzelnen Fällen angerufen ward, hing sowohl von der Natur des Gegenstands als von der örtlichen Richtung des Cultus und der Lage oder den Umständen des Betenden selbst ab". semper igitur is potissimum imploratur, cujus natura vires virtutes idoneae videntur, ut ea res, cur invocetur, ei curae sit. ideo nominabantur, qui cuique negotio praeesse viderentur. conf. Naegelsbachii theol. hom.[2] p. 202, qui varia hujus usus exempla ex Homero adfert. in singulis praeterea deis saepe cognomina aut sedes nuncupantur, *ἄναξ Ἄπολλον, νὴ τὴν Ἀφροδίτην ἐν Κύπρῳ, μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον*.

Hoc modo paullatim magis magisque singulis deis deabusque provincia certa, in qua potestas valeat, tribuitur. nec mirum, quod, siquis certis quibusdam coactus temporibus e deis unum obsecraturus est, eum potissimum sibi eligit, quem cum ipsius statu rationis aliquid habere censet. quare fit, ut singula hominum genera proprios et peculiares sibi statuant deos, tanquam praesides et patronos, ut equites Neptunum, quem cum Dioscuris conjunctum nautae et piscatores quoque colunt, Mercurium mercatores furesque, poetae vatesque Apollinem, Bacchum potatores histrionesque, amatores meretricesque Venerem, Dianam

virgines, Eileithyiam et Genetyllidem parturientes: per Plutonem mortui jurant, amici per Jovem *φίλιον*, familiares per Vestam, proprios sibi elegit Socrates deos, *ὦ μέγα σεμναὶ Νεφέλαι, ὦ δέσποτ᾽ ἄναξ, ἀμέτρητ᾽ Ἀήρ, μὰ τὴν Ἀναπνοήν, μὰ τὸ Χάος, μὰ τὸν ἀέρα*. comice in nubibus avium jusjurandum est av. 194 *μὰ γῆν, μὰ παγίδας, μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα*. ibid. 1335 *μὰ τὰς κερχνῇδας* „Peisthetaerus, vollständig acclimatisirt, flucht schon bei den Vögeln (K)". hodie quoque in sancto Huberto, venatorum tutore, aliisque hujus usus similia habemus.

Ita gentes quoque eum fere deum, quem sibi honorandum elegerunt, nuncupant. Luc. de sacrif. 1, 533 *νεμόμενοι* (sc. *ἄνθρωποι*) *κατὰ ἔθνη σέβουσι καὶ πολίτας αὐτῶν ἀποφαίνουσιν* (sc. *τοὺς θεούς*), *ὁ μὲν Δελφὸς τὸν Ἀπόλλω καὶ ὁ Δήλιος, ὁ δὲ Ἀθηναῖος τὴν Ἀθηνᾶν . . . καὶ τὴν Ἥραν ὁ Ἀργεῖος . . . καὶ τὴν Ἀφροδίτην ὁ Πάφιος κτλ.* ita Spartani et Syracusani *ναὶ τὼ σιώ* (Dioscuros) et *ναὶ τὸν Κάστορα*, Sybaritae *ναὶ τὰν κόραν* Persephonen, Athenienses Minervam Neptunum Cererem, Atheniensium feminae *νὴ τὼ θεώ* (Cererem et Persephonen) Pandrosum et Aglaurum, Boeoti Herculem et Iolaum, Megarenses Dioclem jurant. Scythae Luc. tox. 2, 546 *μὰ τὸν Ἄνεμον καὶ τὸν Ἀκινάκην* obsecrant.

Omnia, de quibus adhuc egimus, juramenta admodum fixa et stabilita in certorum hominum oribus nobis occurrunt. contraria sunt ejusmodi jurajuranda, in quibus cum ad occasionem ficta sint, dei non ut praesides certorum generum obtestantium, sed quia ulla ratione vel ante oculos vel in mente versantur, implorantur. quo in generaliore usu non tam respicitur ad ea, quae ad naturam aut personae aut rei attineant: sed, quae casu quodam prope sint, ad eum potissimum dejerandum deum aut rem,

commovent. qua de consuetudine Naegelsbach. l. c. p. 202 „zufällige Nähe am Heiligtum oder Element eines Gottes weist selbst auf diesen hin“ recte contendit. ita ran. 183 Bacchus lacum Acherusium intuens, lys. 403 probulus senes a feminis aqua obrutos conspicatus Neptunum jurant, cujus rei permulta exemplaria jam vidimus. Suid. *ναὶ μὰ τόν· οἱ ἀρχαῖοι οὐ προπετῶς κατὰ τῶν θεῶν ὤμνυον, ἀλλὰ κατὰ τῶν προστυχόντων.*

At non solum per deos, sed etiam per res jurabant, quae forte in conspectu erant. nonnunquam dubitans quoque is, qui juraturus est, quaerit *ὄμνυμι γάρ — σοι τίνα μέντοι, τίνα θεῶν; ἢ βούλει τὴν πλάτανον ταυτηνί;* Pl. Phaedr. 230b; ita testatur *νὴ τὸν ἥλιον* Alexid. 2, 387, ubi de quinque diebus sermo est, *ὄμνυμί σοι τὸν ἥλιον* Men. 4, 166. *νὴ τὸν οὐρανόν* saepe, qui semper omnibus obversetur, *μὰ γῆν, πρὸς γῆς, ὦ γῆ καὶ θεοί, μὰ γῆν, μὰ κρήνας, μὰ ποταμούς, μὰ νάματα* huc spectant. *ὦ δημοκρατία καὶ νόμοι* Luc. tim. 1, 175 se in libera civitate percuti querens Thrasycles, *ὦκβάτανα* ach. 64 Dicaeopolis legatos ab Ecbatana urbe reduces videns exclamant. *νὴ τοὺς κονδύλους, οὓς πολλὰ δὴ 'πὶ πολλοῖς ἠνεσχόμην ἐκ παιδίου* „der Wursthändler, er werde Cleon an Unverschämtheit übertreffen, sonst sei Hopfen und Malz an seiner Erziehung verloren“ (Ribbeck). certe omnibus fere in locis non res invocantur, quae nihil ad implorantis ipsius statum attineant, sed quae sensu quodam cohaereant cum ipsa causa, cur nuncupentur. qua de re E. v. Lasaulx l. c. p. 7 „man schwur . . bei allem, was einem lieb und heilig war: Achilleus bei dem Scepter in seiner Hand (Il. 1, 233), . . Odysseus bei dem gastlichen Tische, der ihn aufgenommen, und dem Hausheerde, dem er genahet (Od. 14, 158; 17, 155; etc.); Helena ihrem Gatten

bei seinem Haupte (Eur. Hel. 835); Untergebene ihrem Herrn bei seiner Rechten und bei seinen Knieen (Eur. Hippol. 600, 602) etc.“ . . . et p. 4: „in den indischen Gesetzen des Manus VII, 113 heisst es: der Richter lasse einen Priester bei seiner Wahrhaftigkeit schwören; einen Krieger bei seinem Pferde und Elephanten oder bei seinen Waffen; einen Kaufmann bei seinen Kühen, seinem Getreide und seinem Gelde . . . etc.“ ita juramenta declaranda sunt Eupol. 1, 279 *μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην*, ubi Miltiades jurat; quo in jurej. imitatur Eupolis Demosthenis notum *μὰ τοὺς Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους καὶ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας καὶ τοὺς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ* (pro corona § 208), Xen. Cyr. 7, 4, 6 *ἐπομνύω σοι τὴν ἐμὴν καὶ σὴν φιλίαν*, non sine causa Luc. prom. 1, 187 *ὦ Κρόνε, ὦ Ἰαπετὲ καὶ σὺ Γῆ μῆτερ* clamat, *ἦσαν δέ*, ut adfert schol., *τῶν διωχθέντων ὑπὸ Διὸς θεῶν* ut ipse quidem, *καὶ διὰ τοῦτο αὐτοὺς καλεῖ*, sic *πρὸς τῶν γονάτων* ach. 414, p. 1113, eq. 1298 supplices preces sunt, *πρὸς τοῦ πατρός* Luc. char. 1, 490, catapl. 1, 645, *πρὸς κεφαλῆς Ἀκέστορος* vesp. 1221 schol. *ἐπεὶ καὶ αὐτὸν τὸν Ἀκέστορα ξένον κωμῳδοῦσι τὸν τραγικόν* . ., *μὰ τὸν Ζῆθον* Pl. et *μὰ τὸν Ἐνδυμίωνα*, quod antea de heroibus vel de Luna sermo est, eq. 702 Cleon apte *νὴ τὴν προεδρίαν τὴν ἐκ Πύλου* jurat; *ὦ φιλοσοφία* Luc. pisc. 584, *ὦ δέσποινα φιλοσοφία* ibid. 586, *πρὸς τῆς σοφίας* vit. auct. 1, 561, omnia haec juramenta rationis quid habent cum occasione ea, in qua nuncupantur. hujusmodi ad occasionem ficta juramenta adeo libenter usurpantur, ut in animum inducere non possim, falsam esse versus 105 ekkl. lectionem, quam cod. praebent *νὴ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν*; quod juramentum, quod non ineptum foret, ut Blaydes censet, cum tot exem-

pla talia sacramenta usitata esse confirment, huc egregie quadrat, ut emendatione nullo modo opus sit.

Proprium in juramentis per res factis locum obtinent sacramenta per canem et anserem. *νὴ τὸν κύνα* Pl. ap. 22 a; Gorg. 466 c, Charm. 172 e, Phaed. 98 e, Plut. q. conv. 3, 6, 1. *μὰ τὸν κύνα* Hipp. maj. 298 b, Ar. vesp. 83, Gorg. 482 b (*τὸν Αἰγυπτίων θεόν*); *μὰ τὸν χῆνα* av. 121. schol. ap. 21 e *νὴ τὸν κύνα Ῥαδαμάνθυος ὅρκος οὗτος ἱ κατὰ κυνὸς ἢ χηνὸς ἢ πλατάνου ἢ κριοῦ ἤ τινος ἄλλου τοιούτου. „οἷς ἦν μέγιστος ὅρκος ἅπαντι λόγῳ κύων | ἔπειτα χήν. θεοὺς δ' ἐσίγων.“ Κρατῖνος Χείρωσι. κατὰ τούτων δὲ νόμος ὀμνύναι, ἵνα μὴ κατὰ θεῶν οἱ ὅρκοι γίγνωνται. τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ Σωκράτους ὅρκοι.* schol. vesp. 83 *οὕτως διὰ δεισιδαιμονίαν ὤμνυον.* quae formulae Socrati fere tributae sunt et ait Luc. vit. auct. 1, 556 ipse *ὀμνύω γέ σοι τὸν κύνα καὶ τὴν πλάτανον* dein Lampo *τὸν χῆνα,* av. 521 per anserem jurat *ὅταν ἐξαπατᾷ τι,* ad quod schol. *τῶν εἰκῇ δαιμόνων. ὅτε πρῶτοι οἱ Σωκρατικοὶ ἐπετήδευσαν οὕτως ὀμνύναι. Σωσικράτης γὰρ ἐν τῷ β' τῶν Κρητικῶν οὕτως φησὶ ‚Ῥαδαμάνθυς δὲ δοκεῖ διαδεξάμενος τὴν βασίλειαν δικαιότατος γεγενῆσθαι πάντων ἀνθρώπων. Λέγεται δὲ αὐτὸν πρῶτον οὐδένα ἐᾶν ὅρκους ποιεῖσθαι κατὰ τῶν θεῶν, ἀλλ' ὀμνύναι κελεῦσαι χῆνα καὶ κύνα καὶ κριὸν καὶ τὰ ὅμοια‘. ὁ δὲ Λάμπων θύτης ἦν καὶ χρησμολόγος καὶ μάντις . . . ὤμνυε δὲ κατὰ τοῦ χηνὸς ὡς μαντικοῦ ὀρνέου . .* Philostr. Apoll. 9 *Σωκράτης τὸν κύνα καὶ τὸν χῆνα καὶ τὴν πλάτανον ὤμνυ, οὐχ ὡς θεοὺς ἀλλ' ἵνα μὴ θεοὺς ὀμνύῃ.* Porphyr. de abst. 3, 16 *Κρησὶ νόμος ἦν Ῥαδαμάνθυος ὅρκον ἐπάγεσθααι παντὰ τὰ ζῶα.* quam saepe de hisce juramentis meditati sint, e Tertulliano quoque elucet: ‚taceo, inquit, de philosophis, Socrate contentus, qui in contumeliis deorum quercum et hircum et canem dejerabat‘. emtor

quoque in Luc. vit. auct. horum nomina audiens. *Ἡράκλεις τῆς ἀτοπίας τῶν θεῶν* pronuntiat, ad quae Socrates respondet *τί σὺ λέγεις; οὐ δοκεῖ σοι ὁ κύων εἶναι θεός; οὐχ ὁρᾷς τὸν Ἄνουβιν ἐν Αἰγύπτῳ ὅσος; καὶ τὸν ἐν οὐρανῷ Σείριον καὶ τὸν παρὰ τοῖς κάτω Κέρβερον;* similiter in Gorg. 482 b canis *ὁ Αἰγυπτίων θεός* appellatur. sed in Luciani loco jocosa posterorum interpretatio, in Platonis quoque joci causa adpositum est, rectius ad intellegendum est, quod Kock in vesp. contendit: „in alten Zeiten einfacher Frömmigkeit und Gottesfurcht bediente man sich solcher Eide, um die Namen der Götter nicht zu entweihen. In der damaligen Zeit konnte ein solches Zurückgehn auf die alte, aus naivem Glauben entsprungene Sitte leicht geziert und lächerlich erscheinen (Bergk und Lobeck) . . . es kann fast scheinen, als ob man ausweichend *τὸν χῆνα* statt *τὸν Ζῆνα* gesagt habe, wie auch bei uns dergleichen Verdrehungen nicht ungewöhnlich sind. Becker z. B. potztausend für Gottes tausend Blitze, Deixel für Teufel.“ qua in interpretatione Kock rectam viam ingressus est. valuit igitur unquam, ut apud Hebraeos satis notum, praescriptum, quo nequis per deos juraret interdicebatur, *ἵνα γὰρ δέος ἔνθα καὶ αἰδώς*, eodem modo apud Pythagoreos ne nomen magistri pronuntiaretur, vetitum erat, discipulus similiter Socratis in nub. 195, 219 veretur magistri nomen efferre. nescio an huc spectet etiam perusitatum illud *μὰ τὸν* — omisso nomine ut ran. 1374, Gorg. 466 e, schol. *ἐλλειπτικῶς ὀμνύει. καὶ οὕτως ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀρχαίοις ἐνίοτε μὴ προστιθέναι τὸν θεὸν [εὐλαβείας χάριν]. εἰώθεισαν δὲ τοῖς τοιούτοις ὅρκοις χρῆσθαι ἐπευφημιζόμενοι, ὥστε εἰπεῖν μὲν μὰ τόν, ὄνομα δὲ μηκέτι προσθεῖναι . . . δέον εἰπεῖν μὰ τὸν Δία μὰ τὸν εἶπε μόνον. καὶ ἔστι τοῦτο εὐλαβείας ἴδιον, τὸ πεφεισμένως καὶ*

ἐλλειπτικῶς τοῦ ὅρκου ἅπτεσθαι. et schol. Gorg. *ἐλλιπῶς ὄμνυσι πρός τε εὐλαβείας καὶ πραότητος ἔνδειξιν.* Gregor. Kor. *τὸ ἐλλειπτικῶς ὀμνύειν μὰ τὸν — μὴ προστιθέντας θεὸν Ἀττικόν ἐστιν.* abusui jurandi legumlatores et philosophi omnibus temporibus strenue obsistere studebant, ut ap. Stob. flor. III, 80 septem sapientium praescriptum legimus *ὅρκῳ μὴ χρῶ*, ut ap. Pythagoreos docebatur *σπανίως ὀμνύναι*, apud quos etiam peculiaria jurisj. genera florebant. ideo ne deorum nominibus in juramentis abuterentur homines, jampridem consuetudo vigebat per res jurandi. primum quidem sine dubio per animalia deis sacra jurabant, ut per canem, ariem Jovi sacrum, anserem, vatum avem et Apollini sacrum, quo in ave etiam similitudo et assonans pronuntiatio aliquid valuit. similiter in av. 1611 per corvum juratur, at non quo Apollini aut alii deo sacer sit, sed quia hic potissimum principi deorum Jovi ex avibus unus conjungitur, qui ambo perjurii ultores sint, schol. *ἀντὶ τοῦ τοὺς ὄρνιθας καὶ τοὺς θεούς. ἀφ᾽ ἑνὸς γὰρ τοὺς πάντας δηλοῖ.* fortasse corvus eligitur, quod ejus nomen saepe in detestationibus nobis occurrit, ut in *ἐς κόρακας, ἄπαγ᾽ ἐς κόρακας, βάλλ᾽ ἐς κόρακας, οὐκ ἐς κόρακας*; postea, cum non satis dilucida harum formarum argumenta essent, auctor inquirebatur, qua in re Rhadamanthus, vetustus ille institutionum Cretensium inventor et conditor, in mentem venit, cui tunc origo tribuebatur.

Restat, ut de satis memorabilibus juramentis agamus, ut Teleclid. 1, 216 *ναὶ μὰ τὰς κράμβας*, Eupolis 1, 275 *ναὶ μὰ τὴν κράμβην*, quibus locis Athen. IX, 370 b asserit Epicharmi locum *ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ ναὶ μὰ τὰν κράμβαν.* et Ananii, choliamborum poetae *ναὶ μὰ τὴν κράμβην*; quo de jurej. cf. Lorenz, Leben und Schriften des Koers Epi-

charmos p. 144: „man bemerke den (im Munde eines Schlemmers oder Parasiten sehr passenden) Eid: *ναὶ μὰ τὰν κράμβαν*, der sich auch bei attischen Komikern findet und eigentlich von dem alten Iambographen Ananios stammen soll", et Lobeck, Aglaopham. II, pag. 979: „unus illorum, quos Eupolis in Baptis induxit, per cramben jurat, fortasse Phrygum morem secutus, quos in jurejurando nunquam deorum numen testatos esse perhibent."

De similibus sacramentis conferas, quae apud Athenaeum IX, p. 370 legimus . . . *τὴν κράμβην ἱερὰν οὖσαν . . . καὶ Ἀνάνιος δέ φησι*

καὶ σὲ πολλὸν ἀνθρώπων
ἐγὼ φιλέω μάλιστα, ναὶ μὰ τὴν κράμβην.

καὶ Τηλεκλείδης Πρυτάνεσιν ʽναὶ μὰ τὰς κράμβας᾽ ἔφη. καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ ʽναὶ μὰ τὰν κράμβαν᾽ Εὔπολις Βάπταις ʽναὶ μὰ τὴν κράμβην᾽. ἐδόκει δὲ Ἰωνικὸς εἶναι ὁ ὅρκος· καὶ οὐ παράδοξον, εἰ κατὰ τῆς κράμβης τινὲς ὤμνυον, ὁπότε καὶ Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ὁ τῆς στοᾶς κτίστωρ μιμούμενος τὸν κατὰ τῆς κυνὸς ὅρκον Σωκράτους καὶ αὐτὸς ὤμνυε τὴν κάππαριν . . . deinde Eupol. 1, 274 *ναὶ μὰ τὴν ἀμυγδαλῆν* „nempe Eupolis, cum in illa fabula (baptis) peregrinas religiones in Atticam civitatem receptas exagitaret, homines inducebat barbarorum ritu jurantes, ut igitur *ναὶ μὰ τὰς κράμβας* ab Ananio mutuatus est" (hoc quidem nequaquam constat), „quod erat jusjurandum a Lydis ad Iones traductum, ita ad morem Phrygum alius *ναὶ μὰ τὴν ἀμυγδαλῆν*, sacram Attidi arborem, jurabat. ceterum Phryges scimus nunquam per deorum nomina jurasse. cf. Lobeck, Aglaoph. 979." F. G. Schneidewin, hymnor. in Attin fg. inedita, Philol. III, 259. per alias quoque plantas frugesque jurabatur, cf. Suid. sub voce *ʽΡαδαμάνθυος ὅρκος· πολλοὶ γὰρ πρὸς*

λάχανα ὀμνύουσιν, εὐορκίαν ἐπιδεικνύμενοι, et similiter Plin. nat. hist. 19, 32: „alium cepasque inter deos in jurejurando habet Aegyptus.“

Quae juramenta, apud exteras primum gentes frequentata, ne deorum nomina abusui essent, pervenerunt ad Graecos, sed raro usurpantur; formaque ipsa, ut indicatur voculis „*ναὶ μὰ*“ adjunctis, colorem exterorum sacramentorum praebebat.

Postremo ex illo generaliore usu, quo quisque per ea, quae prope adsunt vel omnino propinquitate quadam sive loci sivi naturae ipsum tangunt, jurat, declaratur etiam consuetudo, ut viri per masculina, per feminina numina mulieres jurent. insigne hujus normae exemplar adferre nobis liceat ex ekkl., ubi in contione illa mulieres, quae marium vestibus indutae virorum partes agere studeant, summa cum morositate et anxietate, ne per deas jurent, evitare conantur. cum tamen una ex illis *μὰ τὼ θεώ* v. 155 enuntiet, Proxagora vehementer vituperans respondet *μὰ Δί᾽ ἀλλ᾽ ἀνὴρ ὢν τὼ θεὼ κατώμοσας*. apte deinde Mnesilochus in th. vv. 517, 568 *νὴ τὴν Ἄρτεμιν*, 569 *ὦ πολυτιμήτω θεά* jurat, quippe qui mulierem se esse adfectet. jam adnotavimus, nonnullas deas non nisi a viris nuncupari, causasque probabiles in Junone investiganda adferre studuimus; omnino hoc statuendum est, feminas non per multas deas dejerare, sed paucis tantummodo, ut *μὰ τὼ θεώ, νὴ τὴν Ἄρτεμιν, νὴ τὴν Ἀφροδίτην*, aliis in sacramentis utuntur, contra Lacedaemoniae per mares deos jurant, virorum morem etiam in juramentis imitantes. alioquin, cum regula, quam supra statuimus, laedi videtur, causas facile perspicias.

Ea fere erant, quae nobis juramentorum in diverbiis Graecis formas et usum inquirentibus occurrerunt; sane ad totam jurandi formularum quaestionem satis plene absolvendam et transigendam cetera quoque juramenta, inprimis oratorum sermonis perlustranda sunt, et colligendae regulae cum eis, quas nunc e diverbiorum usu statuimus.
